

MOVIMENTO SACERDOTALE MARIANO

# ESERCIZI SPIRITUALI
# 25 GIUGNO - 1° LUGLIO 2023

SANTUARIO DELL'AMORE MISERICORDIOSO
**COLLEVALENZA (TODI - PERUGIA)**

# M.S.M.
# ESERCIZI SPIRITUALI 2023

(IN FORMA DI CONTINUO CENACOLO)
COLLEVALENZA , 25 giugno - 1° luglio 2023

## O R A R I O

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ore 6.15 | **Sveglia** | | |
| ore 7.00 | **CELEBRAZIONE DELLE LODI** | | *(in Santuario)* |
| | **Prima parte del S. Rosario** | | *Misteri Gaudiosi* |
| | (subito dopo segue la colazione) | | |
| ore 8.45 | **PRIMA MEDITAZIONE** | | *(in sala)* |
| | segue tempo di silenzio, meditazione, preghiera | | |
| ore 10.30 | **Segnale per recarsi in Santuario** | | |
| ore 10.45 | **Seconda parte del S. Rosario** | *Misteri Dolorosi* | *(in Santuario)* |
| | **CONCELEBRAZIONE EUCARISTICA E** | | |
| | **CONSACRAZIONE AL CUORE IMMACOLATO DI MARIA** | | |
| | (nelle lingue: francese, inglese, tedesco, spagnolo, slavo, italiano) | | |
| ore 13.00 | **Pranzo e tempo libero** | | |
| | (dalle 14.00 alle 15.30: tempo di silenzio e di riposo) | | |
| ore 15.45 | **RECITA DEL VESPRO** | | *(in sala)* |
| | **SECONDA MEDITAZIONE** | | |
| | Segue tempo di silenzio, meditazione , preghiera | | |
| ore 18.00 | **ADORAZIONE EUCARISTICA** | | *(in Santuario)* |
| | **Terza parte del S. Rosario** | | *Misteri Gloriosi* |
| | (la recita del S. Rosario si alterna nelle varie lingue nazionali) | | |
| ore 19.00 | **Fraternità sacerdotale** | | *(in sala)* |
| ore 20.00 | **Cena** | | |
| ore 21.30 | **Compieta** | | *(in sala)* |



**Sancte Michael Archangele, defende nos in proelio.**
**Contra nequitiam et insidias diaboli esto præsidium.**
**Imperet illi Deus, supplices deprecamur.**
**Tuque, princeps militiæ coelestis,**
**Satanam aliosque spiritus malignos,**
**qui ad perditionem animarum pervagantur in**
**mundo, divina virtute in infernum detrude.**

**Cor Iesu Sacratissimum miserere nobis.**
**Cor Mariæ Immaculatum intercede pro nobis.**

## Preghiera del Mattino: TI ADORO

Ti adoro, mio Dio, e ti amo con tutto il cuore. Ti ringrazio di avermi creato, fatto cristiano, tuo sacerdote e conservato in questa notte. Ti offro le azioni di questa giornata: fa’ che siano tutte secondo la tua santa volontá, per la maggior tua gloria. Presèrvami dal peccato e da ogni male. La tua grazia sia sempre con me, con tutti i miei cari e con tutti quelli che mi hai affidato. Amen.

## ANGELUS DOMINI

*Angelus Domini nuntiavit Mariæ.*
Et concepit de Spiritu Sancto. Ave Maria...

*Ecce Ancilla Domini.*
Fiat mihi secundum verbum tuum. Ave Maria...

*Et Verbum, caro factum est.*
Et habitavit in nobis. Ave Maria...

*Ora pro nobis sancta Dei Genitrix.*
Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

*Oremus.*
*Gratiam tuam quæsumus, Domine, mentibus nostris infunde, ut qui, Angelo nuntiante Christi Filii tui incarnationem cognovimus, per passionem eius et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur.*
*Per eúndem Christum Dominum nostrum.*
Amen.

Gloria Patri… (3 v)

***Angele Dei,*** qui custos es mei,
me tibi commissum pietate superna,
illumina, custodi, rege et guberna. *Amen.*

***Requiem æternam*** dona eis, Domine,
et lux perpetua luceat eis,
requiescant in pace. *Amen.*

**VIENI SPIRITO SANTO,**
vieni per mezzo della potente intercessione
del Cuore Immacolato di Maria, tua sposa amatissima.

**PADRE NOSTRO**

**Padre nostro che sei nei cieli,
sia santificato il tuo Nome,
venga il tuo regno,
sia fatta la tua volontà, come
in cielo, così in terra.
Dacci oggi il nostro pane
quotidiano,
e rimetti a noi i nostri debiti
come noi li rimettiamo ai
nostri debitori
e non c'indurre in tentazione,
ma liberaci dal male. Amen.**

PATER NOSTER

Pater noster, qui es in cælis:
sanctificetur Nomen Tuum,
adveniat regnum Tuum,
fiat voluntas Tua,
sicut in cælo et in terra.
Panem nostrum cotidianum da
nobis hodie;
et dimitte nobis debita nostra,
sicut et nos dimittimus
debitoribus nostris,
et ne nos inducas in tentationem,
sed libera nos a malo. *Amen.*

**AVE MARIA**

**Ave, o Maria, piena di grazia,
il Signore è con te.
Tu sei benedetta fra le donne
e benedetto è il frutto del tuo
seno, Gesù.
Santa Maria, Madre di Dio,
prega per noi peccatori,
adesso e nell'ora della nostra
morte. Amen.**

AVE MARIA

Ave, Maria, gratia plena,
Dominus tecum.
Benedicta tu in mulieribus,
et benedictus fructus ventris
tui, Iesus.
Sancta Maria, Mater Dei,
ora pro nobis peccatoribus,
nunc et in hora mortis nostræ.
*Amen.*

**GLORIA AL PADRE**

**Gloria al Padre
e al Figlio e allo Spirito Santo,
come era nel principio, ora e
sempre,
nei secoli dei secoli. Amen.**

GLORIA PATRI

Gloria Patri
et Filio et Spiritui Sancto,
sicut erat in principio,
et nunc et semper
et in sæcula sæculorum. *Amen.*

**GESU' NOSTRO DIO**, Gesù Redentor,
Ti adoriamo nell'Eucaristia, Gesù di Maria, Gesù Re d'amor. *(2 v)*

**O GESU' MIO**, perdona le nostre colpe, preservaci dal fuoco dell'inferno, porta in Cielo tutte le anime, specialmente le più bisognose della tua misericordia.

## OREMUS PRO PONTIFICE




***…una "Ave Maria" per tutti i responsabili…***

*dopo il Rosario del mattino:*

## ALMA REDEMPTORIS MATER



*dopo il Rosario del mezzogiorno:*

## AVE REGINA CÆLORUM




*dopo il Rosario della sera:*

## REGINA CÆLI



# ATTO DI CONSACRAZIONE
# AL CUORE IMMACOLATO DI MARIA

*Per i sacerdoti aderenti al Movimento Sacerdotale Mariano*

Vergine di Fatima, Madre di misericordia, Regina del Cielo e della Terra, rifugio dei peccatori, noi del Movimento Sacerdotale Mariano, chiamati a formare la schiera dei tuoi Sacerdoti, oggi ci consacriamo in modo specialissimo al Tuo Cuore Immacolato. Con questo atto di consacrazione intendiamo vivere, con Te e per mezzo di Te, tutti gli impegni assunti con la nostra consacrazione battesimale e sacerdotale.

Ci impegniamo altresì ad operare in noi quell'interiore conversione, che ci liberi da ogni umano attaccamento a noi stessi, alla carriera, alle comodità, ai facili compromessi col mondo, per essere come Te, solo disponibili a fare sempre la volontà del Signore.

E mentre intendiamo affidare a Te, Madre dolcissima e misericordiosa, il nostro sacerdozio, perché Tu ne disponga per i tuoi disegni di salvezza in quest'ora decisiva che grava sul mondo, ci impegniamo a viverlo secondo i tuoi desideri; in particolare per quanto riguarda un rinnovato spirito di preghiera e di penitenza, la celebrazione fervorosa della Sacra Eucaristia e della Liturgia delle Ore, la recita quotidiana del S. Rosario, l'offerta a Te della S. Messa nel primo sabato di ogni mese e un religioso ed austero modo di vita, che sia a tutti di buon esempio.

Ti promettiamo ancora la massima fedeltà al Vangelo, di cui saremo sempre annunciatori integri e coraggiosi, se necessario, fino all'effusione del sangue; e fedeltà alla Chiesa per il servizio della quale noi siamo stati consacrati.

Soprattutto vogliamo essere uniti al Santo Padre e alla Gerarchia, con la ferma adesione a tutte le sue direttive, così da opporre una barriera al processo di contestazione del Magistero, che minaccia le fondamenta stesse della Chiesa. Sotto la Tua materna protezione vogliamo anzi essere gli apostoli di questa, oggi tanto necessaria, unità di preghiera e di amore al Papa su cui invochiamo da Te una speciale protezione.

Infine Ti promettiamo di condurre i fedeli affidati alle nostre cure ad una rinnovata devozione verso di Te.

Consapevoli che l'ateismo ha fatto naufragare nella fede un grande numero di fedeli, che la dissacrazione è entrata nel Tempio santo di Dio non risparmiando neppure tanti nostri fratelli sacerdoti, che il male e il peccato sempre più dilagano nel mondo, osiamo alzare fiduciosi gli occhi a Te, Madre di Gesù e Madre nostra misericordiosa e potente, ed invocare ancora oggi ed attendere da Te la salvezza per tutti i Tuoi figli, o clemente, o pietosa, o dolce Vergine Maria.

## INNO DEL MOVIMENTO SACERDOTALE MARIANO
## Immacolato Cuore di Maria

1. Immacolato Cuore di Maria *(bis)*
sei luce e via *(tris)* ai tuoi figli quaggiù.

2. I Sacerdoti a Te consacrati *(bis)*
guarda con amore, stringili al Tuo Cuore,
falli somiglianti al Tuo Figlio Gesù.

3. I fedeli a Te consacrati *(bis)*
raduna in Tua schiera, preparata a battaglia,
perché trionfi presto l'Immacolato Tuo Cuor.

4. Quando verrà la nostra ultima ora *(bis)*:
Vieni! Non tardare *(tris)* a portarci in ciel.

## TOTUS TUUS

Rit. **Totus tuus, Maria! Totus tuus, Maria!**
**Mater Christi, Mater Ecclesiæ; Totus tuus, Maria!**

1. Tu sei la vera Madre di Gesù Cristo,
il solo Redentor che noi seguiamo.
Mostra che senza Lui noi ci perdiamo,
o Madre dell'Amore e di speranza.

2. Tu che sei anche Madre della Chiesa
proteggi ogni giorno i suoi pastori:
la Chiesa missionaria che annuncia
il tempo nuovo e la terra promessa.

3. I giovani che abbiano un futuro;
in Te trovano sempre acqua viva,
in Te incontran sempre Gesù Cristo
e in Cristo sorge in loro il mondo nuovo.

# LITURGIA HORARUM
## DE INITIO HORARUM
## INITIO PRIMÆ HORÆ DIEI

*V)* *Domine, labia mea apéries.*
R) Et os meum annuntiabit laudem tuam.

**Ad invitatorium**
***Psalmus 94***

Venite, exultémus Domino;
iubilémus Deo salutari nostro.
Præoccupémus faciem eius in confessione,
et in psalmis iubilémus ei.

Quoniam Deus magnus Dominus,
et rex magnus super omnes deos.
Quia in manu eius sunt profunda terræ,
et altitudines montium ipsíus sunt.
Quoniam ipsíus est mare, et ipse fecit illud,
et siccam manus eius formavérunt.

Venite, adoremus et procidamus,
et génua flectamus ante Dóminum qui fecit nos,
quia ipse est Deus noster,
et nos populus pascuæ eius et oves manus eius.

Utinam hodie vocem eius audiatis:
"Nolíte obdurare corda vestra,
sicut in Meriba secundum diem Massa in desérto,
ubi tentavérunt me patres vestri:
probavérunt me, etsi vidérunt opera mea.

Quadraginta annis tæduit me generationis illius,
et dixi: Populus errantium corde sunt isti.
Et ipsi non cognovérunt vias meas;
ideo iuravi in ira mea:
Non introibunt in requiem meam".

*Gloria Patri et Filio*
*et Spiritui Sancto*
*Sicut erat in principio et nunc et semper*
*et in sæcula sæculorum. Amen.*

# AD LAUDES MATUTINAS

## Psalmi et canticum de dominica hebdomadæ I

### ***Psalmus 62, 2-9*** - *Anima Dominum sitiens*

Deus, Deus meus es tu; *
ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea,*
te desiderávit caro mea.

In terra desérta et árida et inaquósa,+
sic in sancto appárui tibi,*
ut vidérem virtútem tuam et glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas,*
lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea,*
et in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea,*
et lábiis exultatiónis laudábit os meum.

Cum memor ero tui super stratum meum,*
in matutínis meditábor de te,

quia fuísti adiútor meus,*
et in velaménto alárum tuárum exultábo.

Adhæsit ánima mea post te,*
me suscépit déxtera tua.

*Gloria Patri et Filio **
*et Spiritui Sancto.*

*Sicut erat in principio, et nunc et semper **
*et in sæcula sæculorum. Amen.*

**Canticum** *Dan 3, 57-88.56*

**1.** Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino;*
laudáte et superexaltáte eum in sæcula.
Benedícite, ángeli Dómini Dómino;*
benedícite, cæli, Domíno.

**2.** Benedícite, aquæ omnes quæ super cælos sunt, Dómino; *
benedícite, omnes virtútes Dómini, Dómino.
Benedícite, sol et luna, Dómino;*
benedícite, stellæ cæli, Dómino.

**3.** Benedícite, omnis imber et ros, Dómino;*
benedícite, omnes spíritus Dei, Dómino.
Benedícite, ignis et æstus, Dómino;*
benedícite, frigus et æstus, Domino.

**4.** Benedícite, rores et pruína, Dómino;*
benedícite, gelu et frigus, Dómino.
Benedícite, glácies et nives, Dómino;*
benedícite, noctes et dies, Dómino.

**5.** Benedícite, lux et ténebræ, Dómino;*
benedícite, fúlgura et nubes, Dómino.
Benedicat terra Dóminum;*
laudet et superexáltet eum in sæcula.

**6.** Benedícite, montes et colles, Dómino;*
benedícite, univérsa germinántia in terra, Dómino.
Benedícite, fontes, Dómino;*
benedícite, mária et flúmina, Dómino.

**7.** Benedícite cete et ómnia quæ movéntur in aquis, Dómino; *
benedícite, omnes vólucres cæli, Dómino.
Benedícite, omnes béstiæ et pécora, Dómino;*
benedícite, fílii hóminum, Dómino.

**8.** Benedicat Israel Dóminum;*
laudet et superexáltet eum in sæcula.
Benedícite, sacerdótes Dómini, Dómino;*
benedícite, servi Dómini, Dómino.

**9.** Benedícite, spíritus et ánimæ iustórum, Dómino;*
benedícite, sancti et húmiles corde, Dómino.
Benedícite, Ananía, Azaría, Mísael, Dómino;*
laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

**10.** Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu;*
laudémus et superexaltémus eum in sæcula.
Benedíctus es, Dómine, in firmaménto cæli;*
et laudábilis et gloriósus et superexaltátus in sæcula.

**Non dicitur Glória Patri**.

## *Psalmus 149*

Cantáte Dómino cánticum novum*
laus eius in ecclésia sanctórum.

Lætètur Israel in eo qui fecit eum*
et filii Sion exúltent in rege suo.

Laudent nomen eius in choro,*
in tympano et cíthara psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo, *
et honorábit mansuétos in salútem.

Iúbilent sancti in glória,*
læténtur in cubilibus suis,

Exaltatiónes Dei in gútture eórum,*
et gládii ancípites in mánibus eórum,

ad faciéndam vindíctam in natiónibus, *
castigatiónes in pópulis,

ad alligándos reges eórum in compédibus, *
et nóbiles eórum in mánicis férreis,

ad faciéndum in eis iudícium conscríptum: *
glória hæc est ómnibus sanctis eius.

*Gloria Patri et Filio * et Spiritui Sancto.*
*Sicut erat in principio, et nunc et semper * et in sæcula sæculorum. Amen.*

Die 26 iunii

# Feria Immaculati Cordis Beatæ Mariæ Virginis

## Ad Invitatorium

V) Domine, labia mea apéries.
*R) Et os meum annuntiabit laudem tuam.*

**Ant**. Christum, Fílium Maríæ, veníte, adorémus. ***pag. 8***

## AD LAUDES MATUTINAS

**HYMNUS**

O gloriósa Dómina,
excélsa super sídera,
qui te creávit próvide,
lactas sacráto úbere.

Quod Eva tristis ábstulit,
tu reddis almo gérmine,
intrent ut astra flébiles,
sternis benigna sémitam.

Tu regis alti iánua
et porta lucis fúlgida;
vitam datam per Vírginem,
gentes redémptæ, pláudite.

Patri sit et Paráclito
tuóque Nato glória,
qui veste te mirábili
circumdedérunt gratiæ. Amen.

**Ant. 1** Beáta es, Maria, quia ex te mundi salus advénit; iam ergo gloriósa gaudes ante Dóminum; intercéde pro nobis ad Fílium.

***Psalmi et canticum de dominica hebd. I*** ***pag. 9***

**Ant. 2** Tu glória Ierúsalem, tu lætítia Israel,
tu honorificéntia pópuli nostri.

**Ant. 3** María Virgo, semper lætáre,
quæ meruísti Christum portáre salvatórem.

**LECTIO BREVIS** *Cf. Is 61, 10*

Gaudens gaudébo in Dómino, et exultábit ánima mea in Deo meo, quia índuit me vestiméntis salútis, et induménto iustitiæ circúmdedit me, quasi sponsam ornátam monílibus suis.

**RESPONSORIUM BREVE**

*V)* *Elégit eam Dóminus * et præelégit eam.*
R) Elégit eam Dóminus * et præelégit eam
*V)* *In tabernáculo suo habitáre facit eam.**
R) Et præelégit eam.
*V)* *Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.*
R) Elégit eam Dóminus * et præelégit eam.

**Ad Benedictus, ant.**
Cor meum et caro mea exsultavérunt in Deum vívum.

Benedíctus Dóminus Deus Israel,*
quia visitávit et fecit redemptiónem plebis suæ;

et eréxit cornu salútis nobis.*
in domo David, púeri sui;

sicut locútus est per os sanctórum,*
qui a sæculo sunt, prophetárum eius;

salútem ex inimícis nostris,*
et de manu ómnium, qui odérunt nos;

ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris.*
et memorári testaménti sui sancti;

iusiurándum, quod iurávit ad Abraham, patrem nostrum,*
datúrum se nobis,

ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti,*
serviámus illi,

in sanctitáte et iustítia coram ipso,*
ómnibus diébus nostris.

Et tu, puer, prophéta Altissimi vocáberis:*
præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias eius,

ad dandam sciéntiam salútis plebi eius,*
in remissiónem peccatórum eórum,

per víscera misericórdiæ Dei nostri,*
in quibus visitávit nos Oriens ex alto:

illumináre his, qui in ténebris et in umbra mortis sedent,*
ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

*Gloria Patri et Filio **
*et Spiritui Sancto.*

*Sicut erat in principio, et nunc et semper **
*et in sæcula sæculorum. Amen.*

**Ad Benedictus, ant.**
Cor meum et caro mea exsultavérunt in Deum vívum.

**PRECES**

Salvatórem nostrum celebrántes,
qui ex Maria Vírgine nasci dignátus est, exorémus dicéntes:
**Intercédat pro nobis mater tua, Dómine.**

O sol iustítiæ,
quem immaculáta Virgo ut lucens auróra præcéssit,
- tríbue ut in lúmine visitatiónis tuæ semper ambulémus.

Verbum ætérnum,
quod Maríam habitatiónis tuæ arcam incorruptíbilem elegísti,
- líbera nos a corruptióne peccáti.

Salvátor noster,
qui iuxta crucem matrem tuam habuísti,
- præsta ut, ipsa intercedénte, communicántes tuis passiónibus gaudeámus.

Benigníssime Iesu,
qui pendens in cruce, Maríam Ioánni matrem dedísti,
- da nobis ita vívere ut eius fílii agnoscámur.

**Pater noster ...**

**ORATIO**

Deus, qui in Corde beátæ Mariæ Vírginis
dignum Sancti Spíritus habitáculum praeparásti,
concéde propítius, ut, eiúsdem Vírginis intercessióne,
tuae glóriæ témplum inveníri mereámur.
Per Dóminum nostrum Iesum Christum Filium Tuum,
qui Tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti Deus,
per omnia sæcula sæculórum.

Amen.

*Dominus vobiscum.* Et cum spiritu tuo.

*Benedicat vos omnipotens Deus,*
*Pater et Filius et Spiritus Sanctus.* Amen.

## AD II VESPERAS

*V)* *Deus, in adiutòrium meum intende.*
R) Domine, ad adiuvandum me festina.
*V)* *Glòria Patri et Filio et Spiritui Sancto,*
R) sicut erat in principio et nunc et semper
et in saecula saeculorum. Amen. Allelùia.

***Hymnus***
*(melodiam ad paginam 106)*

1. Ave, máris stella,
Déi mater alma,
atque semper virgo,
felix cæli porta.

2. Sumens illud "Ave"
Gabriélis ore,
funda nos in pace,
mútans Evæ nomen.

3. Sólve vincla reis,
profer lumen cæcis,
mala nostra pelle,
bona cuncta posce.

4. Monstra te esse matrem,
sumat per te precem
qui pro nobis natus
tulit esse tuus.

5. Virgo singuláris,
inter omnes mitis,
nos culpis solútos
mítes fac et castos.

6. Vítam præsta puram,
íter para tutum,
ut vidéntes Iesum
semper collætémur.

7. Sit laus Deo Patri,
summo Christo decus,
Spirítui Sancto
honor, tribus unus.

Amen.

**Ant.1** Ave, María, grátia plena; Dóminus tecum.
*Psalmus 121*

Lætátus sum in eo quod dixèrunt mihi: *
"In domum Dómini íbimus".

Stantes iam sunt pedes nostri *
in portis tuis, Ierúsalem.

Ierúsalem, quæ ædificáta est ut civitas *
sibi compácta in idípsum.

Illuc enim ascendèrunt tribus, tribus Dómini, *
testimónium Israel, ad confitèndum nómini Dómini.

Quia illic sedèrunt sedes ad iudícium, *
sedes domus David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Ierúsalem, *
secúri sint diligèntes te.

Fiat pax in muris tuis, *
et secúritas in túrribus tuis.

Propter fratres meos et próximos meos *
loquar: "Pax in te!"

Propter domum Dómini Dei nostri *
exquíram bona tibi.

*Gloria Patri et Filio **
*et Spiritui Sancto.*

*Sicut erat in principio, et nunc et semper **
*et in sæcula sæculorum. Amen.*

**Ant. 1** Ave, María, grátia plena; Dóminus tecum.

**Ant. 2** Ecce ancílla Dómini,
fiat mihi secúndum verbum tuum.

*Psalmus 126*

Nisi Dóminus ædificáverit domum, *
in vanum labórant qui ædíficant eam.

Nisi Dóminus custodíerit civitátem, *
frustra vígilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere, +
et sero quièscere,et manducáre panem labóris.*
Verúmtamen dabit ipse diléctis suis duplícia.

Ecce heréditas Dómini,fílii, *
merces fructus ventris,

Sicut sagíttæ in manu poténtis,*
ita fílii iuventútis.

Beátus vir qui implévit pháretram suam ex ipsis; *
non confundétur, cum loquétur inimicis suis in porta.

*Gloria Patri et Filio **
*et Spiritui Sancto.*

*Sicut erat in principio, et nunc et semper **
*et in sæcula sæculorum. Amen.*

**Ant. 2** Ecce ancílla Dómini:
fiat mihi secúndum verbum tuum.

**Ant. 3** Benedícta tu in muliéribus,
et benedíctus fructus ventris tui.
*Canticum (Eph 1, 3-10)*

**1.** Benedíctus Deus
et Pater Dómini nostri Iesu Christi, *
qui benedíxit nos in omni benedictióne spiritáli
in cælèstibus in Christo;

**2.** sicut elégit nos in ipso
ante mundi constitutiónem, +
ut essémus sancti et immaculáti *
in conspéctu eius in caritáte

**3.** qui prædestinávit nos in adoptiónem filiórum +
per Iesum Christum in ipsum*
secúndum propósitum
voluntátis suæ,

**4**. in laudem glóriæ grátiæ suæ,*
in qua gratificávit nos in dilécto Fílio suo,
in quo habémus redemptiónem per sánguinem eius,*
remissiónem peccatórum.

**5**. Secúndum divítias grátiæ eius, +
quæ superabundávit in nobis *
in omni sapientia
et prudéntia,

**6.** ut notum fáceret nobis
sacraméntum
voluntátis suæ,*
secundum beneplácitum eius,

**7.** quod propósuit in eo,*
in dispensatióne plenitúdinis témporum,
instauráre ómnia in Christo, *
quæ in cælis et quæ in terra sunt.

*Gloria Patri et Filio **
*et Spiritui Sancto.*

*Sicut erat in principio, et nunc et semper **
*et in sæcula sæculorum. Amen.*

**Ant. 3** Benedícta tu in muliéribus,
et benedíctus fructus ventris tui.

**LECTIO BREVIS** *Gal 4, 4-5*

Ubi venit plenitúdo témporis, misit Deus Fílium sum, factum ex mulíere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus.

**RESPONSORIUM BREVE**

*V)* *Ave, María, grátia plena; * Dóminus tecum.*
R) Ave, María, grátia plena; * Dóminus tecum.
*V)* *Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.**
R) Dóminus tecum.
*V)* *Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.*
R) Ave, María, grátia plena; * Dóminus tecum.

**Ad Magnificat, ant.**
Cor meum et caro mea exsultavérunt in Deum vívum.

Magnificat*
ánima mea Dóminum,

et exultávit spíritus meus*
in Deo salutári meo;

quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ,*
ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est,*
et sanctum nomen eius,

et misericórdia eius a progénie in progénies *
timéntibus eum.

Fecit poténtiam in brácchio suo,*
dispérsit supérbos mente cordis sui,

depósuit poténtes de sede,*
et exaltávit húmiles,

esuriéntes implévit bonis,*
et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum suum,*
recordátus misericórdiæ suæ,

sicut locútus est ad patres nostros,*
Abraham et sémini eius in sæcula.

*Gloria Patri et Filio **
*et Spiritui Sancto.*

*Sicut erat in principio, et nunc et semper **
*et in sæcula sæculorum. Amen.*

**Ad Magnificat, ant.**
Cor meum et caro mea exsultavérunt in Deum vívum.

**PRECES**

Salvatórem nostrum celebrántes,
qui ex Maria Vírgine nasci dignátus est, exorémus dicéntes:
**Intercédat pro nobis mater tua, Dómine.**

O sol iustítiæ,
quem immaculáta Virgo ut lucens auróra præcéssit,
- tríbue ut in lúmine visitatiónis tuæ semper ambulémus.

Verbum ætérnum,
quod Maríam habitatiónis tuæ arcam incorruptíbilem elegísti,
- líbera nos a corruptióne peccáti.

Salvátor noster,
qui iuxta crucem matrem tuam habuísti,
- præsta ut, ipsa intercedénte,
communicántes tuis passiónibus gaudeámus.

Benigníssime Iesu,
qui pendens in cruce, Maríam Ioánni matrem dedísti,
- da nobis ita vívere ut eius fílii agnoscámur.

**Pater noster ...**

**ORATIO**

Deus, qui in Corde beátæ Mariæ Vírginis
dignum Sancti Spíritus habitáculum praeparásti,
concéde propítius, ut, eiúsdem Vírginis intercessióne,
tuae glóriæ témplum inveníri mereámur.
Per Dóminum nostrum Iesum Christum Filium Tuum,
qui Tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti Deus,
per omnia sæcula sæculórum. Amen.

*Dominus vobiscum.* Et cum spiritu tuo.

*Benedicat vos omnipotens Deus,*
*Pater et Filius et Spiritus Sanctus.* Amen.

## Die 27 iunii
# SS.MI CORPORIS ET SANGUINIS CHRISTI

### Ad Invitatorium

V) Domine, labia mea apéries.
*R) Et os meum annuntiabit laudem tuam.*

**Ant.** Panem vitæ, Christum Dóminum, veníte, adorémus ***pag. 8***

### AD LAUDES MATUTINAS

***Hymnus***

1. Verbum supérnum pródiens
nec Patris linquens déxteram,
ad opus suum éxiens
venit ad vitæ vésperam.

2. In mortem a discípulo
suis tradéndus æmulis,
prius in vitæ férculo
se trádidit discípulis.

3. Quibus sub bina spécie
carnem dedit et sánguinem,
ut dúplicis substántiæ
totum cibáret hóminem.

4. Se nascens dedit sócium,
convéscens in edúlium,
se móriens in prétium,
se regnans dat in præmium.

5. O salutáris hóstia,
quæ cæli pandis óstium,
bella premunt hostília,
da robur, fer auxílium.

6. Uni trinóque Dómino
sit sempitérna glória,
qui vitam sine término
nobis donet in pátria. Amen.

**Ant. 1** Angelórum esca nutrivísti pópulum tuum,
et panem de cælo præstitísti eis, allelúia.

***Psalmi et canticum de dominica hebd. I pag. 9***

**Ant. 2** Sacerdótes sancti incénsum et panes ófferunt Deo,
allelúia.

**Ant. 3** Vincénti dabo manna abscónditum et nomen
novum, allelúia.

**Lectio brevis** *Mal 1, 11*

Ab ortu solis usque ad occásum, magnum est nomen meum in géntibus, et in omni loco sacrificátur et offértur nómini meo oblátio munda: quia magnum est nomen meum in gèntibus, dicit Dóminus exercítuum.

**Responsorium breve**

*R) Edúcas panem de terra, * Allelúja, allelúja.*

S) Edúcas panem de terra, * Allelúja, allelúja.

*R) Et vinum lætíficet cor hóminis. **

S) Allelúja, allelúja.

*R) Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.*

S) Edúcas panem de terra, * Allelúja, allelúja.

**Ad Benedictus, ant.**

Ego sum panis vivus, qui de cælo descéndi; si quis
manducáverit ex hoc pane,
vivet in ætérnum, allelúja.

Benedíctus Dóminus Deus Israel,*
quia visitávit et fecit redemptiónem plebis suæ;

et eréxit cornu salútis nobis.*
in domo David, púeri sui;

sicut locútus est per os sanctórum,*
qui a sæculo sunt, prophetárum eius;

salútem ex inimícis nostris,*
et de manu ómnium, qui odérunt nos;

ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris.*
et memorári testaménti sui sancti;

iusiurándum, quod iurávit ad Abraham, patrem nostrum,*
datúrum se nobis,

ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti,*
serviámus illi,

in sanctitáte et iustítia coram ipso,*
ómnibus diébus nostris.

Et tu, puer, prophéta Altissimi vocáberis:*
præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias eius,

ad dandam sciéntiam salútis plebi eius,*
in remissiónem peccatórum eórum,

per víscera misericórdiæ Dei nostri,*
in quibus visitávit nos Oriens ex alto:

illumináre his, qui in ténebris et in umbra mortis sedent,*
ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

*Gloria Patri et Filio **
*et Spiritui Sancto.*

*Sicut erat in principio, et nunc et semper **
*et in sæcula sæculorum. Amen.*

**Ad Benedictus, ant.**
Ego sum panis vivus, qui de cælo descéndi;
si quis manducáverit ex hoc pane,
vivet in ætérnum, allelúja.

**Preces**
Iesum Christum, panem vitæ deprecémur,
fratres, lætánter dicéntes:
**Beátus qui manducábit panem in regno tuo, Dómine.**

Christe, sacérdos novi et ætérni foederis,
qui Patri in ara crucis sacrificium perféctum obtulísti:
- doce nos tecum illud offérre.

Christe, summe rex pacis et iustitiæ,
qui panem et vinum in signum oblatiónis tui consecrásti:
- tecum nos hóstias consócia.

Christe, vere adorátor Patris, cuius oblátio munda
ab ortu solis usque ad occásum ab Ecclésia offértur:
- in tuo córpore únias quos uno pane sátias.

Christe, manna de cælo descéndens,
qui Ecclésiam pascis córpore et sánguine tuo:
- in fortitúdine huius cibi fac nos ambuláre.

Christe, invisíbilis hospes convívii nostri, qui stas ad óstium et pulsas:
- ad nos veni, cena nobíscum et nos tecum.

**Pater noster**

**ORATIO**
Deus, qui nobis sub sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquísti,
tríbue, quæsumus, ita nos córporis et sánguinis tui sacra mystèria venerári,
ut redemptiónis tuæ fructum in nobis iúgiter sentiámus.
Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*Amen.*

*Dominus vobiscum.* Et cum spiritu tuo.

*Benedicat vos omnipotens Deus,*
*Pater et Filius et Spiritus Sanctus.* Amen.

# SS.MI CORPORIS ET SANGUINIS CHRISTI

## AD II VESPERAS

*V)* *Deus, in adiutòrium meum intende.*
R) Domine, ad adiuvandum me festina.
*V)* *Glòria Patri et Filio et Spiritui Sancto,*
R) sicut erat in principio et nunc et semper
et in sæcula sæculorum. Amen. Allelùia.

**Hymnus**

1. Pange lingua, gloriosi
corporis mysterium,
sanguinisque pretiosi,
quem in mundi prétium
fructus ventris generosi
Rex effudit gentium.

2. Nobis datus, nobis natus
ex intacta Virgine,
et in mundo conversatus,
sparso verbi sémine,
sui moras incolatus
miro clausit ordine.

3. In supremæ nocte coenæ
recumbens cum fratribus,
observata lege plene
cibis in legalibus,
cibum turbæ duodenæ
Se dat suis manibus.

4. Verbum caro panem verum
Verbo carnem efficit,
fitque Sanguis Christi merum
et si sensus deficit,
ad firmandum cor sincerum
sola fides sufficit.

**Ant. 1** Sacerdos in æternum Christus Dominus
secundum ordinem Melchisedech,
panem et vinum obtulit.

*Psalmus 109, 1-5.7*

Dixit Dóminus Dómino meo: *
"Sede a dextris meis,

donec ponam inimícos tuos *
scabéllum pedum tuórum".

Virgam poténtiæ tuæ emíttet Dominus ex Sion: *
domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum principátus in die virtútis tuæ, +
in splendóribus sanctis, *
ex útero matutíni velut rorem génui te.

Iurávit Dóminus et non pænitébit eum: *
"Tu es sacérdos in ætérnum secúndum
órdinem Melchísedech".

Dóminus a dextris tuis, *
conquassábit in die iræ suæ reges.

De torrénte in via bibet, *
proptérea exaltábit caput.

*Gloria Patri et Filio **
*et Spiritui Sancto.*

*Sicut erat in principio, et nunc et semper **
*et in sæcula sæculorum. Amen.*

**Ant. 1** Sacerdos in æternum Christus Dominus
secundum ordinem Melchisedech,
panem et vinum obtulit.

**Ant. 2** Calicem salutaris accipiam
et sacrificabo hostiam laudis

*Psalmus 110*

Confitébor Dómino in toto corde meo, *
in consílio iustórum et congregatióne.

Magna ópera Dómini, *
exquirénda ómnibus qui cúpiunt ea.

Decor et magnificéntia opus eius, *
et iustítia eius manet in sæculum sæculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum, *
miséricors et miserátor Dóminus.

Escam dedit timéntibus se; *
memor erit in sæculum testaménti sui.

Virtútem óperum suórum annuntiávit pópulo suo, +
ut det illis hereditátem géntium; *
ópera mánuum eius véritas et iudícium.

Fidélia ómnia mandáta eius, +
confirmáta in sæculum sæculi, *
facta in veritáte et æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo, *
mandávit in ætérnum testaméntum suum

Sanctum et terribile nomen eius; *
inítium sapiéntiæ timor Dómini,

intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum; *
laudátio eius manet in sæculum sæculi.

*Gloria Patri et Filio **
*et Spiritui Sancto.*

*Sicut erat in principio, et nunc et semper **
*et in sæcula sæculorum. Amen.*

**Ant. 2** Calicem salutaris accipiam
et sacrificabo hostiam laudis

**Ant.3** Tu es via, tu es véritas, tu es vita mundi, Domine.
*Canticum (Cf. Ap 19, 1-7)*

Allelùia.
Salus et glòria et virtus Deo nostro est, *
quia vera et iusta iudìcia sunt eius.

Allelùia.
Laudem dìcite Deo nostro, omnes servi eius, *
et qui timétis eum, pusìlli et magni.

Allelùia.
Quòniam regnàvit Dòminus Deus noster omnìpotens, *
gaudeàmus et exultémus et demus glòriam ei.

Allelùia.
Quìa venérunt nùptiæ Agni, *
et uxor eius præparàvit se.

Allelùia.
*Gloria Patri et Filio * et Spiritui Sancto.*

*Sicut erat in principio, et nunc et semper **
*et in sæcula sæculorum. Amen.*

**Ant.3** Tu es via, tu es véritas, tu es vita mundi, Domine.

***Lectio brevis*** *(1 Cor 11, 23-25)*
Ego accépi a Domino quod et tradidi vobis; quoniam Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem et gratias agens, frégit et dixit: Accipite et manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur; hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem postquam cenavit dicens: Hic calix novum testaméntum est in meo sanguine; hoc facite, quotiescumque bibétis, in meam commemorationem.

**Responsorium breve**
*V) Panem cæli dédit eis * Alleluia, alleluia.*
R) Panem cæli dédit eis * Alleluia, alleluia.
*V) Panem angelorum manducavit homo **
R) Alleluia, alleluia.
*V) Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.*
R) Panem cæli dédit eis * Alleluia, alleluia.

***Ad Magnificat, ant.***

O sacrum convivium, in quo Christus sumitur:
recolitur memoria passionis eius,
mens implétur gratia et futuræ gloriæ
nobis pignus datur, alleluia.

Magnificat *
ànima mea Dòminum,

et exultàvit spìritus meus *
in Deo salutàri meo;

quia respéxit humilitàtem ancìllæ suæ, *
ecce enim ex hoc beàtam me dicent omnes generatiònes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est, *
et sanctum nomen eius,

et misericòrdia eius a progénie in progénies *
timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bràcchio suo, *
dispérsit supérbos mente cordis sui,

depòsuit poténtes de sede, *
et exaltàvit hùmiles,

esuriéntes implévit bonis, *
et dìvites dimìsit inànes.

Suscépit Israel, pùerum suum, *
recordàtus misericòrdiæ suæ,

sicut locùtus est ad patres nostros, *
Abraham et sémini eius in sæcula.

*Gloria Patri et Filio *
et Spiritui Sancto.*

*Sicut erat in principio, et nunc et semper *
et in sæcula sæculorum. Amen.*

***Ad Magnificat, ant.***

O sacrum convivium, in quo Christus sumitur:
recolitur memoria passionis eius,
mens implétur gratia et futuræ gloriæ
nobis pignus datur, alleluia.

**PRECES**

Christus in coena, ad quam omnes invìtat,
corpus et sanguinem suum tradit pro mundi vita. Ipsum deprecémur:
**Christe, panis cæléstis, da nobis vitam æternam.**

Christe, Filii Dei vivi,
qui eucharistiæ cenam in tui commemorationem facere præcepisti:
- Ecclesiam tuam fedéli dita mysteriorum celebratione.

Christe, sacérdos Altissimi unice,
qui sacramenta tua offerénda sacerdotibus commisisti:
- in mores eorum ìngere, quæ in signis tribuis celebrare.

Christe, manna de cælo,
qui omnes de uno pane participantes unum éfficis corpus:
- pacem et concordiam omnium in te credéntium réfove.

Christe, cæléstis médice,
qui remédium immortalitatis et pignum resurrectionis per tuum panem præbes,
- ægrotis sanitatem et spem vivam peccatoribus redde.

Christe, rex venture,
qui mysteria in mortem tuam annuntiandam donec venies ut celebrarentur mandasti:
- omnes, qui in te decesserunt, fac resurrectionis tuæ participes.

**Pater noster ...**

**Oratio**

Deus, qui nobis sub sacraménto miràbili
passiònis tuæ memòriam reliquìsti,
trìbue, quæsumus,
ita nos còrporis et sànguinis tui sacra mystèria veneràri,
ut redemptiònis tuæ fructum in nobis iùgiter sentiàmus.
Qui vivis et regnas cum Deo Patre
in unitàte Spìritus Sancti, Deus,
per òmnia sæcula sæculòrum. Amen.

*Dominus vobiscum.* Et cum spiritu tuo.

*Benedicat vos omnipotens Deus,*
*Pater et Filius et Spiritus Sanctus.* Amen.

Die 28 iunii

# Feria de Spiritu Sancto

## Ad Invitatorium

V) Domine, labia mea apéries.
*R) Et os meum annuntiabit laudem tuam.*

**Ant.** Allelúja, Spiritus Dómini replévit orbem terrárum: veníte, adorémus, allelúja. ***pag. 8***

## AD LAUDES MATUTINAS

***Hymnus***

1. Beáta nobis gáudia
anni redúxit órbita,
cum Spiritus Paráclitus
effúlsit in discípulos.

2. Ignis vibrante lúmine
ut essent verbis próflui
linguæ figúram détulit,
et caritáte férvidi.

3. Linguis loquúntur
ómnium: turbæ pavent
gentílium musto madére
députant, quos Spíritus
repléverat.

4. Patráta sunt hæc mystice
Paschæ perácto témpore,
sacro diérum número
quo lege fit remíssio.

5. Te nunc, Deus piíssime,
illápsa nobis cælitus
vultu precámur cérnuo:
largíre dona Spíritus.

6. Dudum sacráta péctora
tua replésti grátia;
dimítte nunc peccámina
et da quiéta témpora.

7. Per te sciámus da Patrem
noscámus atque Fílium,
te utriúsque Spíritum
credámus omni témpore.

Amen.

**Ant. 1** O quam bonus et suávis est, Dómine,
Spiritus tuus in nobis! Allelúja.

***Psalmi et canticum de dominica hebd. I*** ***pag. 9***

**Ant. 2** Fontes et ómnia quæ movéntur in aquis,
hymnum dícite Deo, allelúja.

**Ant. 3** Loquebántur váriis linguis Apóstoli magnália Dei, allelúja.

**Lectio brevis** *Act 5, 30-32*

Deus patrum nostrórum suscitávit Iesum, quem vos interemístis suspendéntes in ligno. Hunc principem et salvatórem Deus exaltávit déxtera sua ad dandam pæniténtiam Israéli et remissiónem peccatórum. Et nos sumus testes horum verbórum et Spíritus Sanctus, quem dedit Deus ómnibus oboediéntibus sibi.

**Responsorium breve**

*V) Repléti sunt omnes Spíritu Sancto. * Allelúja, allelúja.*
R) Repléti sunt omnes Spiritu Sancto. * Alleluja, alleluja.
*V) Et coepérunt loqui.*
R) Alleluja, alleluja.
*V) Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.*
R) Repléti sunt omnes Spiritu Sancto. * Alleluja, alleluja.

**Ad Benedictus, ant.**
Accípite Spiritum Sanctum:
quorum remiséritis peccáta, remittúntur eis, allelúja.

Benedíctus Dóminus Deus Israel,*
quia visitávit et fecit redemptiónem plebis suæ;

et eréxit cornu salútis nobis.*
in domo David, púeri sui;

sicut locútus est per os sanctórum,*
qui a sæculo sunt, prophetárum eius;

salútem ex inimícis nostris,*
et de manu ómnium, qui odérunt nos;

ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris.*
et memorári testaménti sui sancti;

iusiurándum, quod iurávit ad Abraham, patrem nostrum,*
datúrum se nobis,

ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti,*
serviámus illi,

in sanctitáte et iustítia coram ipso,*
ómnibus diébus nostris.

Et tu, puer, prophéta Altissimi vocáberis:*
præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias eius,

ad dandam sciéntiam salútis plebi eius,*
in remissiónem peccatórum eórum,

per víscera misericórdiæ Dei nostri,*
in quibus visitávit nos Oriens ex alto:

illumináre his, qui in ténebris et in umbra mortis sedent,*
ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

*Gloria Patri et Filio **
*et Spiritui Sancto.*
*Sicut erat in principio, et nunc et semper **
*et in sæcula sæculorum. Amen.*

**Ad Benedictus, ant**.
Accípite Spiritum Sanctum:
quorum remiséritis peccáta, remittúntur eis, allelúja.

**PRECES**
Christum Dóminum, qui Ecclésiam suam per Spiritum congregávit, spe firma implorémus:
**Rénova, Dómine, fáciem terræ.**

Dómine Iesu, qui, in cruce exaltátus
de látere tuo flúmina aquæ vivæ fudísti:
- Spiritum emítte nobis vivificántem.

Tu, qui, déxtera Dei glorificátus,
Donum Patris discípulis es largítus:
- Spiritum emítte, ut ipse mundum effíciat novum.

Tu, qui Apóstolis, in Spíritu tuo
potestátem contulísti peccáta remitténdi:
- déstrue peccátum in mundo.

Tu, qui promisísti Spíritum Sanctum, ut nos docéret ómnia,
et quæcúmque dixísti, suggéreret nobis:
- Spíritum emítte fídei nostræ illustratórem.

Qui promisísti te missúrum Spíritum veritátis,
ut testimónium de te perhibéret:
- Spíritum emítte, ut nos testes fidèles efficiat.

**Pater noster ...**

**ORATIO**
Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti,
da nobis in eódem Spíritu recta sápere,
et de eius semper consolatióne gaudére.
Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium Tuum,
qui Tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti Deus,
per omnia sæcula sæculórum.

Amen.

*Dominus vobiscum.* Et cum spiritu tuo.

*Benedicat vos omnipotens Deus,*
*Pater et Filius et Spiritus Sanctus.* Amen.



# SS. PETRI ET PAULI, APOSTOLORUM
**Sollemnitas**

## *Ad I Vesperas*

*V)* *Deus, in adiutórium meum intende.*
R) Domine, ad adiuvandum me festina.
*V)* *Glória Patri et Filio et Spiritui Sancto,*
R) sicut erat in principio et nunc et semper
et in saecula saeculorum. Amen. Allelúia.

**Hymnus**

1. Aurea luce et decóre róseo,
lux lucís, omne perfudísti saeculum,
décorans caelos ínclito martyrio
hac sacra die, quae dat reis véniam.

2. Iánitor caeli, doctor orbis páriter,
iúdices sæcli, vera mundi lúmina,
per crucem alter, alter ense triúmphans,
vitae senátum laureáti póssident.

3. O Roma felix, quae tantórum príncipum
es purpuráta pretióso sánguine,
non laude tua, sed ipsórum méritis
excéllis omnem mundi pulchritúdinem.

4. Olívae binae pietátis únicæ.
fide devótos, spe robústos máxime,
fonte replétos caritátis géminae
post mortem carnis impetráte vívere.

5. Sit Trinitáti sempitérna glória,
honor, potéstas atque iubilátio,
in unitáte, cui manet impérium
ex tunc et modo per ætérna sæcula. Amen.

**Ant. 1** Tu es Christus, Fílius Dei vivi.
Et tu beátus es, Simon Bar Iona.
*Psalmus 116*

Laudáte Dóminum, omnes gentés, *
collaudáte eum, omnes pópuli;

quóniam confirmáta est super nos misericórdia eius, *
et véritas Dómini manet in æternum.

*Gloria Patri et Filio **
*et Spiritui Sancto.*

*Sicut erat in principio, et nunc et semper **
*et in sæcula sæculorum. Amen.*

**Ant. 1** Tu es Christus, Fílius Dei vivi.
Et tu beátus es, Simon Bar Iona.

**Ant. 2** Tu es Petrus,
et super hanc petram
ædificábo Ecclésiam meam.

*Psalmus 147*

Lauda, Ierúsalem, Dóminum; *
colláuda Deum tuum, Sion.

Quóniam confortávit seras portárum tuárum, *
benedíxit fíliis tuis in te,

Qui pónit fines tuos pacem, *
et ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suum terræ, *
velóciter currit verbum eius.

Qui dat nivem sicut lanam, *
pruínam sicut cínerem spargit.

Mittit crystállum suam sicut buccéllas; *
ante fáciem frígoris eius quis sustinébit?

Emíttet verbum suum et liquefáciet ea, *
flabit spíritus eius, et fluent aquæ,

Qui annúntiat verbum suum Iacob, *
iustítias et iudícia sua Israel.

Non fecit táliter omni natióni, *
et iudicia sua non manifestávit eis.

*Gloria Patri et Filio **
*et Spiritui Sancto.*

*Sicut erat in principio, et nunc et semper **
*et in sæcula sæculorum. Amen.*

**Ant. 2** Tu es Petrus,
et super hanc petram
ædificábo Ecclésiam meam.

**Ant. 3** Tu es vas electiónis, sancte Paule apóstole,
prædicátor veritátis in univérso mundo.
*Canticum (Eph 1, 3-10)*

**1.** Benedíctus Deus
et Pater Dómini nostri Iesu Christi, *
qui benedíxit nos in omni benedictióne spiritáli
in cælèstibus in Christo;

**2.** sicut elégit nos in ipso
ante mundi constitutiónem, +
ut essémus sancti et immaculáti *
in conspéctu eius in caritáte

**3.** qui prædestinávit nos in adoptiónem filiórum +
per Iesum Christum in ipsum *
secúndum propósitum
voluntátis suæ,

**4**. in laudem glóriae grátiae suae, *
in qua gratificávit nos in dilécto Fílio suo,
in quo habémus redemptiónem per sánguinem eius, *
remissiónem peccatórum.

**5**. Secúndum divítias grátiae eius, +
quae superabundávit in nobis *
in omni sapientia
et prudéntia,

**6.** ut notum fáceret nobis
sacraméntum
voluntátis suæ, *
secundum beneplácitum eius,

**7**. quod propósuit in eo, *
in dispensatióne plenitúdinis témporum,
instauráre ómnia in Christo, *
quæ in cælis et quæ in terra sunt.

*Gloria Patri et Filio **
*et Spiritui Sancto.*

*Sicut erat in principio, et nunc et semper **
*et in sæcula sæculorum. Amen.*

**Ant. 3** Tu es vas electiónis, sancte Paule apóstole,
prædicátor veritátis in univérso mundo.

**LECTIO BREVIS** *Rom 1, 1-2.7*

Paulus, servus Iesu Christi, vocátus apóstolus, segregátus in Evangélium Dei, quod ante promíserat per prophétas suos in Scriptúris sanctis de Fílio suo: ómnibus, qui sunt Romæ, diléctis Dei, vocátis sanctis, grátia vobis et pax a Deo Patre nostro et Dómino Iesu Christo.

**RESPONSORIUM BREVE**

*V) Loquebántur Apóstoli verbum Dei * Cum fidúcia.*
R) Loquebántur Apóstoli verbum Dei * Cum fidúcia.
*V) Et reddébant testimónium resurrectiónis Iesu Christi. **
R) Cum fidúcia.
*V) Glória Patri et Filio et Spiritui Sancto*
R) Loquebántur Apóstoli verbum Dei * Cum fidúcia.

**Ad Magnificat, ant.**
Gloriósi Apóstoli Christi,
quomodo in vita sua dilexérunt se,
ita et in morte non sunt separáti.

Magnificat *
ánima mea Dóminum,

et exultávit spíritus meus *
in Deo salutári meo;

quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ, *
ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est, *
et sanctum nomen eius,

et misericórdia eius a progénie in progénies *
timéntibus eum.

Fecit poténtiam in brácchio suo, *
dispérsit supérbos mente cordis sui,

depósuit poténtes de sede, *
et exaltávit húmiles,

esuriéntes implévit bonis, *
et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum suum, *
recordátus misericórdiae suæ,

sicut locútus est ad patres nostros, *
Abraham et sémini eius in sæcula.

*Gloria Patri et Filio **
*et Spiritui Sancto.*

*Sicut erat in principio, et nunc et semper **
*et in sæcula sæculorum. Amen.*

**Ad Magnificat, ant.**
Gloriósi Apóstoli Christi,
quómodo in vita sua dilexérunt se,
ita et in morte non sunt separáti.

**PRECES**

Christum, qui Ecclésiam suam super fundaméntum Apostolórum et prophetárum ædificávit, fidénter deprecémur: **Pópulo tuo Dómine, súbveni.**

Tu, qui Simónem piscatórem vocásti ut piscátor hóminum fíeret:
- operários elígere ne désinas, ut multitúdo géntium salvétur.

Tu, qui tempestáti maris imperásti, ne discipulórum navis mergerétur:
- Ecclésiam tuam ab omni perturbatióne defénde et dómnum apostólicum róbora.

Tu, qui post resurrectiónem gregem tuum dispérsum circa Petrum collegísti:
- univérsam plebem tuam, bone Pastor, in unum cóngrega ovíle.

Tu, qui Paulum apóstolum misísti ad gentes evangelizandas:
- fac ut verbum salútis omni creatúræ prædicétur.

Tu, qui claves regni cælórum Ecclésiæ tuæ commisísti:
- áperi portas caeli ómnibus qui, in vita sua, misericórdiæ tuæ confísi sunt.

**Pater noster** ...

**Oratio**

Da nobis, quæsumus, Dómine Deus noster, beatórum apostolórum Petri et Pauli intercessiónibus sublevári,
ut per quos Ecclésiæ tuæ supérni múneris rudiménta donásti,
per eos subsídia perpétuæ salútis impéndas.
Per Dóminum nostrum Iesum Christum Filium Tuum, qui Tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculórum. Amen.

*Dominus vobiscum.* Et cum spiritu tuo.

*Benedicat vos omnipotens Deus,*
*Pater et Filius et Spiritus Sanctus.* Amen.

Die 29 iunii

# SS. PETRI ET PAULI, APOSTOLORUM

**Sollemnitas**

## Ad Invitatorium

V) Domine, labia mea apéries.
*R) Et os meum annuntiabit laudem tuam.*

**Ant.** Regem Apostolorum Dominum, venite adorémus. ***pag. 8***

## AD LAUDES MATUTINAS

***Hymnus***

1. Apostolórum passio
diem sacrávit sæculi,
Petri triúmphum nóbilem,
Pauli corónam præferens.

2. Coniúnxit æquáles viros
cruor triumphális necis;
Deum secútos præsulem
Christi coronávit fides.

3. Primus Petrus apóstolus;
nec Paulus impar grátia,
electiónis vas sacræ
Petri adæquávit fidem.

4. Verso Crucis vestígio
Simon, honórem dans Deo,
suspénsus ascéndit, dati
non ímmemor oráculi.

5. Hinc Roma celsum vérticem,
devotionis, éxtulit,
fundáta tali sánguine,
et vate tanto nóbilis.

6. Huc ire quis mundum putet,
concúrrere plebem poli:
elécta gentium caput,
sedes magístri géntium?

7. Horum, Redémptor, quæsumus,
ut príncipum consórtio
iungas precántes sérvulos
in sempitérna sæcula.

Amen.

**Ant. 1** Scio cui crédidi, et certus sum quia potens est depósitum meum serváre in illum diem iustus iudex.

*Psalmi et canticum de dominica hebd. I,* **pag. 9**

**Ant. 2** Grátia Dei in me vácua non fuit, sed grátia eius semper in me manet.

**Ant. 3** Bonum certámen certávi,
cursum consumávi, fidem servávi.

**LECTIO BREVIS** *(1 Petr 4, 13-14)*

Caríssimi, communicántes Christi passiónibus gaudéte, ut et in revelatióne glóriæ eius gaudeátis exultántes. Si exprobrámini in nómine Christi, beáti éritis; quóniam quod est honóris, glóriae et virtútis Dei, et qui est eius Spíritus, super vos requiéscit.

**RESPONSORIUM BREVE**

*V) Tradidérunt ánimas suas **
*pro nómine Dómini nostri Iesu Christi.*
R) Tradidérunt ánimas suas *
pro nómine Dómini nostri Iesu Christi.
*V) Ibant gaudéntes, quóniam digni hábiti sunt contuméliam pati.* *
R) Pro nómine Dómini nostri Iesu Christi.
*V) Glória Patri et Filio * et Spiritui Sancto*
R) Tradidérunt ánimas suas *
pro nómine Dómini nostri Iesu Christi.

**Ad Benedíctus, ant**.
Dixit Simon Petrus: Dómine, ad quem íbimus?
Verba vitæ ætérnæ habes;
et nos credídimus et cognóvimus
quia tu es Christus Fílius Dei, allelúia.

Benedíctus Dóminus Deus Israel, *
quia visitávit et fecit redemptiónem plebis suæ;

et eréxit cornu salútis nobis. *
in domo David, púeri sui;

sicut locútus est per os sanctórum, *
qui a sæculo sunt, prophetárum eius;

salútem ex inimícis nostris, *
et de manu ómnium, qui odérunt nos;

ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris. *
et memorári testaménti sui sancti;

iusiurándum, quod iurávit ad Abraham, patrem nostrum, *
datúrum se nobis,

ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, *
serviámus illi,

in sanctitáte et iustítia coram ipso, *
ómnibus diébus nostris.

Et tu, puer, prophéta Altissimi vocáberis: *
praeíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias eius,

ad dandam sciéntiam salútis plebi eius, *
in remissiónem peccatórum eórum,

per víscera misericórdiæ Dei nostri, *
in quibus visitávit nos Oriens ex alto:

illumináre his, qui in ténebris et in umbra mortis sedent, *
ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

*Gloria Patri et Filio **
*et Spiritui Sancto.*

*Sicut erat in principio, et nunc et semper **
*et in sæcula sæculorum. Amen.*

**Ad Benedíctus, ant**.
Dixit Simon Petrus: Dómine, ad quem íbimus?
Verba vitæ ætérnæ habes;
et nos credídimus et cognóvimus
quia tu es Christus Fílius Dei, allelúia.

**PRECES**
Christum, qui Ecclésiam suam super fundaméntum
Apostolórum et prophetárum ædificávit,
fidénter deprecémur:
**Bénefac, Dómine, Ecclésiae tuae.**

Tu, qui pro Petro rogásti, ne fides eius defíceret,
- confírma fidem Ecclésiæ tuæ.

Tu, qui post resurrectiónem tuam
Simóni Petro apparuísti et Saulo te revelásti,
- illúmina mentes nostras, ut te vivéntem confiteámur.

Tu, qui Paulum apóstolum elegísti,
ut nomen tuum géntibus annuntiáret,
- fac nos veros præcónes Evangélii tui.

Tu, qui negatiónibus Petri misericórditer ignovísti,
- dimítte nobis ómnia nostra débita.

**Pater noster ...**

**ORATIO**
Deus, qui huius diéi
venerándam sanctámque lætítiam
in apostolórum Petri et Pauli sollemnitáte tribuísti,
da Ecclésiæ tuae eórum in ómnibus sequi præcéptum,
per quos religiónis sumpsit exórdium.
Per Dóminum nostrum Iesum Christum Filium
Tuum, qui Tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus
Sancti Deus, per omnia sæcula sæculórum.

Amen.

*Dominus vobiscum.* Et cum spiritu tuo.

*Benedicat vos omnipotens Deus,*
*Pater et Filius et Spiritus Sanctus.* Amen.



## AD II VESPERAS

*V)* *Deus, in adiutòrium meum intende.*
R) Domine, ad adiuvandum me festina.
*V)* *Glòria Patri et Filio et Spiritui Sancto,*
R) sicut erat in principio et nunc et semper
et in sæcula sæculorum. Amen. Allelùia.

***HYMNUS***

1. O Roma felix, quæ tantórum príncipum
es purpuráta pretióso sánguine!
Excéllis omnem mundi pulchritúdinem
non laude tua, sed sanctórum méritis,
quos cruentátis iugulásti gládiis.

2. Vos ergo modo, gloriósi mártyres,
Petre beáte, Paule, mundi lílium,
cæléstis aulæ triumpháles mílites,
précibus almis vestris nos ab ómnibus
muníte malis, ferte super æthera.

3. Glória Patri per imménsa sæcula,
sit tibi, Nate, decus et impérium,
honor, potéstas Sanctóque Spirítui;
sit Trinitáti salus indivídua
per infiníta sæculórum sæcula.

Amen.

**Ant. 1** Ego pro te rogávi, Petre,
ut non defíciat fides tua;
et tu, aliquándo convérsus, confírma fratres tuos.

*Psalmus 115B*

Crédidi, étiam cum locútus sum: *
"Ego humiliátus sum nimis".

Ego dixi in trepidatióne mea: *
"Omnis homo mendax".

Quid retríbuam Dómino *
pro ómnibus quæ retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam, *
et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam *
coram omni pópulo eius.

Pretiósa in conspéctu Dómini *
mors sanctórum eius.

O Dómine, ego servus tuus, *
ego servus tuus et fílius ancíllæ tuæ.

Dirupísti víncula mea: †
tibi sacrificábo hóstiam laudis, *
et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam *
coram omni pópulo eius,

in átriis domus Dómini, *
in médio tui, Ierúsalem.

*Gloria Patri et Filio **
*et Spiritui Sancto.*

*Sicut erat in principio, et nunc et semper **
*et in sæcula sæculorum. Amen.*

**Ant. 1** Ego pro te rogávi, Petre,
ut non defíciat fides tua;
et tu, aliquándo convérsus, confírma fratres tuos.

**Ant. 2** Libénter gloriábor in infirmitátibus meis,
ut inhábitet in me virtus Christi.

*Psalmus 125*

In converténdo Dóminus captivitátem Sion, *
facti sumus quasi somniántes.

Tunc replétum est gáudio os nostrum, *
et lingua nostra exsultatióne.

Tunc dicébant inter gentes: *
"Magnificávit Dóminus fácere cum eis".

Magnificávit Dóminus fácere nobíscum; *
facti sumus lætántes.

Convérte, Dómine, captivitátem nostram, *
sicut torréntes in austro.

Qui séminant in lácrimis, *
in exsultatióne metent.

Eúntes ibant et flebant, *
semen spargéndum portántes;

veniéntes autem vénient in exsultatióne, *
portántes manípulos suos.

*Gloria Patri et Filio **
*et Spiritui Sancto.*

*Sicut erat in principio, et nunc et semper **
*et in sæcula sæculorum. Amen.*

**Ant. 2** Libénter gloriábor in infirmitátibus meis,
ut inhábitet in me virtus Christi.

**Ant. 3** Tu es pastor óvium, princeps Apostolórum;
tibi tráditæ sunt claves regni cælórum.

*Canticum (Eph 1, 3-10)*

**1.** Benedíctus Deus
et Pater Dómini nostri Iesu Christi, *
qui benedíxit nos in omni benedictióne spiritáli
in cælèstibus in Christo;

**2.** sicut elégit nos in ipso
ante mundi constitutiónem, +
ut essémus sancti et immaculáti *
in conspéctu eius in caritáte

**3.** qui prædestinávit nos in adoptiónem filiórum +
per Iesum Christum in ipsum *
secúndum propósitum
voluntátis suæ,

**4**. in laudem glóriæ grátiæ suæ, *
in qua gratificávit nos in dilécto Fílio suo,
in quo habémus redemptiónem per sánguinem eius, *
remissiónem peccatórum.

**5**. Secúndum divítias grátiæ eius, +
quæ superabundávit in nobis *
in omni sapientia
et prudéntia,

**6.** ut notum fáceret nobis
sacraméntum
voluntátis suæ, *
secundum beneplácitum eius,

**7.** quod propósuit in eo, *
in dispensatióne plenitúdinis témporum,
instauráre ómnia in Christo, *
quæ in caelis et quæ in terra sunt.

*Gloria Patri et Filio **
*et Spiritui Sancto.*

*Sicut erat in principio, et nunc et semper **
*et in sæcula sæculorum. Amen.*

**Ant. 3** Tu es pastor óvium, princeps Apostolórum;
tibi tráditæ sunt claves regni cælórum.

**LECTIO BREVIS** *(1 Cor 15, 3-5.8)*
Trádidi vobis in primis quod et accépi: quóniam Christus mórtuus est pro peccátis nostris secúndum Scriptúras, et quia sepúltus est, et quia resurréxit tértia die secúndum Scriptúras, et quia visus est Cephæ et post hoc úndecim. Novíssime autem ómnium visus est et mihi.

**RESPONSORIUM BREVE**
*V) Loquebántur Apóstoli verbum Dei * Cum fidúcia.*
R) Loquebántur Apóstoli verbum Dei * Cum fidúcia.
*V) Et reddébant testimónium resurrectiónis Iesu Christi. **
R) Cum fidúcia.
*V) Glória Patri et Filio et Spiritui Sancto*
R) Loquebántur Apóstoli verbum Dei * Cum fidúcia.

**Ad Magnificat, ant.**
Petrus apóstolus et Paulus doctor géntium,
ipsi nos docuérunt legem tuam, Dómine.

Magnificat *
ánima mea Dóminum,

et exultávit spíritus meus *
in Deo salutári meo;

quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ, *
ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est, *
et sanctum nomen eius,

et misericórdia eius a progénie in progénies *
timéntibus eum.

Fecit poténtiam in brácchio suo, *
dispérsit supérbos mente cordis sui,

depósuit poténtes de sede, *
et exaltávit húmiles,

esuriéntes implévit bonis, *
et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum suum, *
recordátus misericórdiæ suæ,

sicut locútus est ad patres nostros, *
Abraham et sémini eius in sæcula.

*Gloria Patri et Filio **
*et Spiritui Sancto.*

*Sicut erat in principio, et nunc et semper **
*et in sæcula sæculorum. Amen.*

**Ad Magnificat, ant.**
Petrus apóstolus et Paulus doctor géntium,
ipsi nos docuérunt legem tuam, Dómine.

**PRECES**
Christum, qui Ecclésiam suam super fundaméntum Apostolórum et prophetárum ædificávit,
fidénter deprecémur:
**Pópulo tuo Dómine, súbveni.**

Tu, qui Simónem piscatórem vocásti
ut piscátor hóminum fíeret:
- operários elígere ne désinas, ut multitúdo géntium salvétur.

Tu, qui tempestáti maris imperásti,
ne discipulórum navis mergerétur:
- Ecclésiam tuam ab omni perturbatióne defénde et dómnum apostólicum róbora.

Tu, qui post resurrectiónem
gregem tuum dispérsum
circa Petrum collegísti:
- univérsam plebem tuam, bone Pastor, in unum cóngrega ovíle.

Tu, qui Paulum apóstolum misísti
ad gentes evangelizandas:
- fac ut verbum salútis omni creatúræ prædicétur.

Tu, qui claves regni cælórum
Ecclésiæ tuæ commisísti:
- áperi portas cæli ómnibus qui, in vita sua, misericórdiæ tuae confísi sunt.

**Pater noster**

**ORATIO**
Deus, qui huius diéi
venerándam sanctámque lætítiam in apostolórum Petri et Pauli sollemnitáte tribuísti,
da Ecclèsiæ tuae eórum in ómnibus sequi praecéptum,
per quos religiónis sumpsit exórdium.
Per Dóminum nostrum Iesum Christum Filium Tuum, qui Tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculórum.

Amen.

*Dominus vobiscum.* Et cum spiritu tuo.

*Benedicat vos omnipotens Deus,*
*Pater et Filius et Spiritus Sanctus.* Amen.



## Die 30 iunii
# IN FESTO SACRATISSIMI CORDIS IESU

### Ad Invitatorium

V) Dómine, lábia mea apéries.
*R) Et os meum annuntiábit láudem tuam.*

**Ant.** Cor Iesu, amóre nostri vulnerátum, veníte, adorémus.

***pag. 8***

### AD LAUDES MATUTINAS

**Hymnus**

1. Iesu, auctor cleméntiæ,
totíus spes lætítiæ,
dulcóris fons et grátiæ,
veræ cordis delíciæ:

2. Iesu, spes pæniténtibus,
quam pius es peténtibus,
quam bonus te quæréntibus,
sed quid inveniéntibus?

3. Tua, Iesu, diléctio,
grata méntis reféctio,
replet sine fastídio,
dans famem desidério.

4. O Iesu dilectíssime,
spes suspirántis ánimæ,
te quærunt piæ lácrimæ,
te clamor mentis íntimæ.

5. Mane nobíscum, Dómine,
mane novum cum lúmine,
pulsa noctis calígine
mundum replens dulcédine.

6. Iesu, summa benígnitas,
mira cordis iucúnditas,
incomprehénsa bónitas,
tua nos stringit cáritas.

7. Iesu, flos Matris virginis,
amor nostræ dulcédinis,
laus tibi sine términis,
regnum beatitúdinis.

Amen.

**Ant. 1** Stans Iesus clamábat dicens:
Si quis sitit, véniat ad me et bibat.

***Psalmi et canticum de dominica hebd. I*** ***pag. 9***

**Ant. 2** Veníte ad me, omnes qui laborátis et oneráti estis,
et ego refíciam vos.

**Ant. 3** Fili, præbe mihi cor tuum,
et óculi tui custódiant vias meas.

**LECTIO BREVIS** *(Ier 31, 33)*

Hoc erit pactum quod fériam cum domo Israel post dies illos, dicit Dóminus: Dabo legem meam in viscéribus eórum, et in corde eórum scribam eam, et ego ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in pópulum.

**RESPONSORIUM BREVE**

*R) Tóllite iugum meum super vos. * Et díscite a me.*
S) Tóllite iugum meum super vos. * Et díscite a me.
*R) Quia mitis sum et húmilis corde. **
S) Et díscite a me.
*R) Glória Patri et Filio et Spiritui Sancto.*
R) Tóllite iugum meum super vos. * Et díscite a me.

**Ad Benedictus, ant.**

Per víscera misericórdiæ suæ visitávit nos Deus, et fecit redemptiónem pópuli sui, allelúia.

Benedíctus Dóminus Deus Israel,*
quia visitávit et fecit redemptiónem plebis suæ;

et eréxit cornu salútis nobis.*
in domo David, púeri sui;

sicut locútus est per os sanctórum,*
qui a sæculo sunt, prophetárum eius;

salútem ex inimícis nostris,*
et de manu ómnium, qui odérunt nos;

ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris.*
et memorári testaménti sui sancti;

iusiurándum, quod iurávit ad Abraham, patrem nostrum,*
datúrum se nobis,

ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti,*
serviámus illi,

in sanctitáte et iustítia coram ipso,*
ómnibus diébus nostris.

Et tu, puer, prophéta Altissimi vocáberis:*
præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias eius,

ad dandam sciéntiam salútis plebi eius,*
in remissiónem peccatórum eórum,

per víscera misericórdiæ Dei nostri,*
in quibus visitávit nos Oriens ex alto:

illumináre his, qui in ténebris et in umbra mortis sedent,*
ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

*Gloria Patri et Filio **
*et Spiritui Sancto.*

*Sicut erat in principio, et nunc et semper **
*et in sæcula sæculorum. Amen.*

**Ad Benedictus, ant.**

Per víscera misericórdiæ suæ visitávit nos Deus,
et fecit redemptiónem pópuli sui, allelúia**.**

**PRECES**

Iesum, qui est mitis et húmilis corde,
deprecémur, fratres, eíque supplicémus*:*
**Rex amantissime, miserére.**

Cor Iesu, in quo hábitat omnis plenitúdo divinitátis:
- divinæ consórtes natúræ tuæ nos éffice.

Cor Iesu, in quo sunt omnes thesáuri sapiéntiæ et sciéntiæ:
- multifórmem sapiéntiam Dei per Ecclésiam nobis revéla.

Cor Iesu, in quo Pater sibi bene complácuit:
- prædicatiónis tuæ fac nos auditóres perseverántes.

Cor Iesu, de cuius plenitúdine omnes nos accépimus,
- grátiam et veritátem Patris nobis abundánter largíre.

Cor Iesu, fons vitæ et sanctitátis:
- sanctos et immaculátos in caritáte nos redde.

**Pater noster ...**

**ORATIO**
Concéde, quæsumus, omnipotens Deus,
ut qui, in diléсti Fílii tui corde gloriántes,
eius præcípua in nos benefícia recólimus caritátis,
de illo donórum fonte cælesti supereffluéntem grátiam
mereámur accípere.
Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium Tuum,
qui Tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti Deus,
per omnia sæcula sæculórum.

*Amen.*

*Dominus vobiscum.* Et cum spiritu tuo.

*Benedicat vos omnipotens Deus,*
*Pater et Filius et Spiritus Sanctus.* Amen.



# IN FESTO SACRATISSIMI CORDIS IESU

## *Ad II Vesperas*

*V)* *Deus, in adiutórium meum intende.*
R) Dómine, ad adiuvándum me festína.
*V)* *Glória Patri et Filio et Spirítui Sancto,*
R) sicut erat in princípio et nunc et semper
et in sæcula sæculórum. Amen. Allelúia.

**Hymnus**

1. Auctor beate sæculi,
Christe, Redemptor omnium,
lumen Patris de lumine
Deusque verus de Deo:

2. Amor coegit te tuus
mortale corpus sumere,
ut, novus Adam, redderes,
quod vetus ille abstulerat.

3. Ille amor, almus Gloria58
Terræ marisque et siderum,
errata patrum miserans
et nostra rumpens vincula.

4. Non corde discedat tuo
vis illa amoris incliti:
hoc fonte gentes hauriant
remissionis gratiam.

5. Ad hoc acerbam lanceam
passumque ad hoc est vulnera,
ut nos lavaret sordibus
unda fluente et sanguine.

6. Iesu, tibi sit Gloria,
qui corde fundis gratiam,
cum Patre et almo Spiritu
in sempiterna sæcula.

Amen.

**Ant. 1** Suavi iugo tuo dominare, Domine,
in medio inimicorum tuorum.

*Psalmus 109, 1-5.7*

Dixit Dóminus Dómino meo:*
"Sede a dextris meis,

donec ponam inimícos tuos *
scabéllum pedum tuórum ".

Virgam poténtiæ tuæ emíttet Dominus ex Sion: *
domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum principátus in die virtútis tuæ, +
in splendóribus sanctis,*
ex útero matutíni velut rorem génui te.

Iurávit Dóminus et non pænitébit eum:*
"Tu es sacérdos in ætérnum secúndum
órdinem Melchísedech".

Dóminus a dextris tuis,*
conquassábit in die iræ suæ reges.

De torrénte in via bibet,*
proptérea exaltábit caput.

*Gloria Patri et Filio **
*et Spiritui Sancto.*

*Sicut erat in principio, et nunc et semper**
*et in sæcula sæculorum. Amen.*

**Ant. 1** Suavi iugo tuo dominare, Domine,
in medio inimicorum tuorum.

**Ant. 2** Misericors et miserator Dominus:
escam dedit timentibus se.

*Psalmus 110*

Confitébor Dómino in toto corde meo, *
in consílio iustórum et congregatióne.

Magna ópera Dómini, *
exquirénda ómnibus qui cúpiunt ea.

Decor et magnificéntia opus eius, *
et iustítia eius manet in sæculum sæculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum, *
misérícors et miserátor Dóminus.

Escam dedit timéntibus se; *
memor erit in sæculum testaménti sui.

Virtútem óperum suórum annuntiávit pópulo suo, +
ut det illis hereditátem géntium; *
ópera mánuum eius véritas et iudícium.

Fidélia ómnia mandáta eius, +
confirmáta in sæculum sæculi, *
facta in veritáte et æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo, *
mandávit in ætérnum testaméntum suum

Sanctum et terribile nomen eius; *
inítium sapiéntiæ timor Dómini,

intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum; *
laudátio eius manet in sæculum sæculi.

*Gloria Patri et Filio **
*et Spiritui Sancto.*

*Sicut erat in principio, et nunc et semper**
*et in sæcula sæculorum. Amen.*

**Ant. 2** Misericors et miserator Dominus:
escam dedit timentibus se.

**Ant. 3** Ecce Agnus Dei,
ecce qui tollit peccata mundi.

*Canticum* *(Phil 2, 6-11)*

Christus Iesus, cum in forma Dei esset, *
non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo,

sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, +
in similitudinem hominum factus *
et habitu inventus ut homo.

Humiliavit semetipsum +
factus oboediens usque ad mortem *
mortem autem crucis.

Propter quod et Deus exaltavit illum, +
et donavit illi nomen, *
quod est super omne nomen,

ut in nomine Iesu omne genu flectatur, *
cælestium, terrestrium et infernorum,

et omnis lingua confiteatur *
quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.

*Gloria Patri et Filio **
*et Spiritui Sancto.*

*Sicut erat in principio, et nunc et semper**
*et in sæcula sæculorum. Amen.*

**Ant. 3** Ecce Agnus Dei,
ecce qui tollit peccata mundi.

**LECTIO BREVIS** *Rom 1, 1-2.7*

Deus, qui dives est in misericordia, propter nimiam caritatem suam qua dilexit nos, et cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo et conresuscitavit et consedere fecit in cælestibus in Christo Iesu, ut ostenderet in sæculis supervenientibus abundantes divitias gratiæ suæ, in bonitate super nos, in Christo Iesu.

**RESPONSORIUM BREVE**

*V)* *Christus dilexit nos et lavit nos* In sanguine suo.*
R) Christus dilexit nos et lavit nos* In sanguine suo.
*V)* *Et fecit nos regnum et sacerdotes Deo et Patri **
R) In sanguine suo.
*V)* *Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.*
R) Christus dilexit nos et lavit nos* In sanguine suo.

**Ad Magnificat, ant.**
Suscepit nos Dominus in sinum et cor suum,
recordatus misericordiæ suæ, alleluia.

Magnificat*
ánima mea Dóminum,

et exultávit spíritus meus*
in Deo salutári meo;

quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ,*
ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est,*
et sanctum nomen eius,

et misericórdia eius a progénie in progénies *
timéntibus eum.

Fecit poténtiam in brácchio suo,*
dispérsit supérbos mente cordis sui,

depósuit poténtes de sede,*
et exaltávit húmiles,

esuriéntes implévit bonis,*
et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum suum,*
recordátus misericórdiæ suæ,

sicut locútus est ad patres nostros,*
Abraham et sémini eius in sæcula.

*Gloria Patri et Filio **
*et Spiritui Sancto.*

*Sicut erat in principio, et nunc et semper **
*et in sæcula sæculorum. Amen*

**Ad Magnificat, ant.**
Suscepit nos Dominus in sinum et cor suum,
recordatus misericordiæ suæ, alleluia.

**Preces**
Iesum, requiem animarum, deprecemur, fratres,
et ab eo postulemus:
**Rex amantissime, miserere.**

Iesu, cuius cor lancea est perforatum, sanguinem et aquam effundens, ut sponsa tibi nasceretur Ecclesia
- eam sanctam fac et immaculatam.

Iesu, templum Dei sanctum, ab hominibus solutum et a Patre iterum excitatum,
- Ecclesiam fac tabernaculum Altissimi.

Iesu, rex et centrum omnium cordium, in caritate perpetua nos diligens et attrahens miserans,
- foedus novum cum omnibus renova.

Iesu, pax et reconciliatio nostra, in unum novum nomine omnes pace componens, et per crucem interficiens inimicitias,
- accessum tribue ad Patrem.

Iesu, vita et resurrectio nostra, oneratorum refectio et requies animarum,
- peccatores ad te attrahe.

Iesu, factus oboediens usque ad mortem crucis propter nimiam tuam caritatem,
- omnes in tua pace dormientes resuscita.

**Pater noster** ...

**ORATIO**
Concède, quæsumus, omnipotens Deus,
ut qui, in dilécti Fílii tui corde gloriántes,
eius præcípua in nos benefícia recólimus caritátis,
de illo donórum fonte cælesti supereffluéntem grátiam
mereámur accípere.
Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium Tuum,
qui Tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti Deus,
per omnia sæcula sæculórum.

*Amen.*

*Dominus vobiscum.* Et cum spiritu tuo.

*Benedicat vos omnipotens Deus,*
*Pater et Filius et Spiritus Sanctus.* Amen.

Die 1 iulii

# Feria Immaculati Cordis Beatæ Mariæ Virginis

### Ad Invitatorium

V) Domine, labia mea apéries.
*R) Et os meum annuntiabit laudem tuam.*

**Ant**. Christum, Fílium Maríæ, veníte, adorémus. ***pag. 8***

## AD LAUDES MATUTINAS

**Hymnus**

O gloriósa Dómina,
excélsa super sídera,
qui te creávit próvide,
lactas sacráto úbere.

Quod Eva tristis ábstulit,
tu reddis almo gérmine,
intrent ut astra flébiles,
sternis benigna sémitam.

Tu regis alti iánua
et porta lucis fúlgida;
vitam datam per Vírginem,
gentes redémptæ, pláudite.

Patri sit et Paráclito
tuóque Nato glória,
qui veste te mirábili
circumdedérunt gratiæ. Amen.

**Ant. 1** Beáta es, Maria, quia ex te mundi salus advénit; iam ergo gloriósa gaudes ante Dóminum; intercéde pro nobis ad Fílium.

***Psalmi et canticum de dominica hebd. I*** ***pag. 9***

**Ant. 2** Tu glória Ierúsalem, tu lætítia Israel,
tu honorificéntia pópuli nostri.

**Ant. 3** María Virgo, semper lætáre,
quæ meruísti Christum portáre salvatórem.

**Lectio brevis** *Cf. Is 61, 10*

Gaudens gaudébo in Dómino, et exultábit ánima mea in Deo meo, quia índuit me vestiméntis salútis, et induménto iustitiæ circúmdedit me, quasi sponsam ornátam monílibus suis.

**Responsorium breve**

*V) Elégit eam Dóminus * et præelégit eam.*
R) Elégit eam Dóminus * et præelégit eam
*V) In tabernáculo suo habitáre facit eam.**
R) Et præelégit eam.
*V) Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.*
R) Elégit eam Dóminus * et præelégit eam.

**Ad Benedictus, ant.**
Cor meum et caro mea exsultavérunt in Deum vívum.

Benedíctus Dóminus Deus Israel,*
quia visitávit et fecit redemptiónem plebis suæ;

et eréxit cornu salútis nobis.*
in domo David, púeri sui;

sicut locútus est per os sanctórum,*
qui a sæculo sunt, prophetárum eius;

salútem ex inimícis nostris,*
et de manu ómnium, qui odérunt nos;

ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris.*
et memorári testaménti sui sancti;

iusiurándum, quod iurávit ad Abraham, patrem nostrum,*
datúrum se nobis,

ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti,*
serviámus illi,

in sanctitáte et iustítia coram ipso,*
ómnibus diébus nostris.

Et tu, puer, prophéta Altissimi vocáberis:*
præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias eius,

ad dandam sciéntiam salútis plebi eius,*
in remissiónem peccatórum eórum,

per víscera misericórdiæ Dei nostri,*
in quibus visitávit nos Oriens ex alto:

illumináre his, qui in ténebris et in umbra mortis sedent,*
ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

*Gloria Patri et Filio **
*et Spiritui Sancto.*

*Sicut erat in principio, et nunc et semper **
*et in sæcula sæculorum. Amen.*

**Ad Benedictus, ant.**
Cor meum et caro mea exsultavérunt in Deum vívum.

### PRECES

Salvatórem nostrum celebrántes,
qui ex Maria Vírgine nasci dignátus est, exorémus dicéntes:
**Intercédat pro nobis mater tua, Dómine.**

O sol iustítiæ,
quem immaculáta Virgo ut lucens auróra præcéssit,
- tríbue ut in lúmine visitatiónis tuæ semper ambulémus.

Verbum ætérnum,
quod Maríam habitatiónis tuæ arcam incorruptíbilem elegísti,
- líbera nos a corruptióne peccáti.

Salvátor noster,
qui iuxta crucem matrem tuam habuísti,
- præsta ut, ipsa intercedénte, communicántes tuis passiónibus gaudeámus.

Benigníssime Iesu,
qui pendens in cruce, Maríam Ioánni matrem dedísti,
- da nobis ita vívere ut eius fílii agnoscámur.

**Pater noster ...**

**ORATIO**
Deus, qui in Corde beátæ Mariæ Vírginis
dignum Sancti Spíritus habitáculum praeparásti,
concéde propítius, ut, eiúsdem Vírginis intercessióne,
tuae glóriæ témplum inveníri mereámur.
Per Dóminum nostrum Iesum Christum Filium Tuum,
qui Tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti Deus,
per omnia sæcula sæculórum.

Amen.

*Dominus vobiscum.* Et cum spiritu tuo.

*Benedicat vos omnipotens Deus,*
*Pater et Filius et Spiritus Sanctus.* Amen.

# AD COMPLETORIUM

*V)* *Deus, in adiutórium meum intende.*
R) Dómine, ad adiuvándum me festína.
*V)* *Glória Patri et Filio et Spirítui Sancto,*
R) sicut erat in princípio et nunc et semper
et in sæcula sæculórum. Amen. Allelúia.

*Postea laudabiliter fit conscientiæ discussio.*

**HYMNUS**

Te lucis ante términum,
rerum creátor, póscimus,
ut sólita clemèntia
sis præsul ad custódiam,

Te corda nostra sómnient,
te per sopórem séntiant,
tuámque semper glóriam
vicína luce cóncinant.

Vitam salúbrem tríbue,
nostrum calórem réfice,
tætram noctis calíginem
tua collústret cláritas.

Præsta, Pater omnípotens,
per Iesum Christum Dóminum,
qui tecum in perpétuum
regnat cum Sancto Spíritu. Amen.

**Ant.** Alis suis obumbrábit tibi; non timébis a timóre noctúrno.
*Psalmus 90*

Qui hábitat in protectióne Altissimi, *
sub umbra Omnipoténtis commorábitur.

Dicet Dómino: +
"Refúgium meum et fortitúdo mea, *
Deus meus, sperábo in eum".

Quóniam ipse liberábit te de láqueo venántium *
et a verbo malígno.

Alis suis obumbrábit tibi, *
et sub pennas eius confúgies.

Scutum et loríca véritas eius; *
non timébis a timóre noctúrno,

a sagítta volánte in die, +
a peste perambulánte in ténebris, *
ab extermínio vastánte in merídie.

Cadent a látere tuo mille, +
et decem mília a dextris tuis; *
ad te autem non appropinquábit.

Quodsi óculis tuis consideráveris, *
retributiónem peccatórum vidébis.

Quóniam tu es, Dómine, refúgium meum. *
Altíssimum posuísti habitáculum tuum.

Non accédet ad te malum, *
et flagéllum non appropinquábit tabernáculo tuo.

Quóniam ángelis suis mandábit de te, *
ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

In mánibus portábunt te, *
ne forte offèndas ad lápidem pedem tuum.

Super áspidem et basilíscum ambulábis, *
et conculcábis leónem et dracónem.

Quoniam mihi adhæsit, liberábo eum; *
suscípiam eum, quoniam cognovit nomen meum.

Clamábit ad me, et ego exáudiam eum; +
cum ipso sum in tribulatióne, *
erípiam eum et glorificabo eum.

Longitúdine diérum replébo eum *
et osténdam illi salutáre meum. *Gloria...*

**Ant.** Alis suis obumbrábit tibi; non timébis a timóre noctúrno.

**LECTIO BREVIS** *(Ap 22, 4-5)*
Vidébunt fáciem Dómini, et nomen eius in fróntibus eórum. Et nox ultra non erit, et non egébunt lúmine lucérnæ, neque lúmine solis; quoniam Dóminus Deus illuminábit illos, et regnábunt in sæcula sæculórum.




2. Quia vidérunt óculi méi * salutá*re* túum :
3. Quód parásti * ante fáciem ómnium po*pu*lórum :
4. Lúmen ad revelatiónem géntium, * et glóriam plébis tú*ae* Israel.
5. Glória Pátri, et Fílio, * et Spíritu*i* Sáncto.
6. Sicut érat in princípio, et núnc, et sémper, * et in saécula saecu-ló*rum*. Amen.

**ORATIO**
Visita, quæsumus Dómine, habitatiónem istam, et omnes insídias inimíci ab ea longe repélle; ángeli tui sancti hábitent in ea, qui nos in pace custódiant, et benedíctio tua sit super nos semper. Per Christum Dóminum nostrum. *Amen.*

Noctem quiétam et finem perféctum concédat nobis Dóminus omnípotens. *Amen.*

## SALVE REGINA



*Prima della meditazione del mattino:*

## VENI CREATOR SPIRITUS






**Emitte Spíritum tuum, et creabúntur.**
*Et renovábis fáciem terræ.*

**Oremus.**
Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti,
da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de eius semper consolatióne gaudére.
Per Christum Dóminum nostrum. *Amen.*

**Vieni Spirito Santo**,
vieni per mezzo della potente intercessione del Cuore Immacolato di Maria, tua sposa amatissima.

**Sedes Sapiéntiæ** ora pro nobis
**Mater et Regína tuórum sacerdótum** ora pro nobis

*Prima della meditazione del pomeriggio:*

## VENI SANCTE SPIRITUS






**Emitte Spíritum tuum, et creabúntur.**
*Et renovábis fáciem terræ.*

**Oremus.**
Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti,
da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de eius semper consolatióne gaudére.
Per Christum Dóminum nostrum. *Amen.*

**Vieni Spirito Santo**,
vieni per mezzo della potente intercessione del Cuore Immacolato di Maria, tua sposa amatissima.

**Sedes Sapiéntiæ** ora pro nobis
**Mater et Regína tuórum sacerdótum** ora pro nobis

# ADORAZIONE EUCARISTICA

Canto di esposizione

...

Sia amato e adorato in ogni momento
Gesù nel Santissimo Sacramento.

...

Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto,
sicut erat in principio et nunc et semper
et in sæcula sæculorum. Amen

Adoremus in æternum
Sanctissimum Sacramentum

...

**CHRISTUS VINCIT, Christus regnat,**
**Christus, Christus imperat.**

1. *Francisco Summo Pontifici et universali Patri*
   *pax, vita et salus perpétua!*
3. *Témpora bona véniant, pax Christi véniat,*
   *per Immaculátum Cor Mariæ Regnum Christi véniat.*

...

**Regina Cæli, pag. 5** ...

Gesù, noi con Maria ti amiamo.
Gesù, noi con Maria ti adoriamo.
Gesù, noi con Maria ti ringraziamo.
Gesù, noi con Maria ripariamo.
Gesù, donaci il Tuo Spirito.

Vieni, Spirito Santo, vieni per mezzo della
potente intercessione del Cuore Immacolato di Maria,
tua sposa amatissima.

## TANTUM ERGO

Tantum ergo Sacramentum
veneremur cernui,
et antiquum documentum
novo cedat ritui:
præstet fides supplementum,
sensuum defectui.

Genitori, Genitoque,
laus et jubilatio,
salus, honor, virtus quoque,
sit et benedictio.
Procedenti ab utroque,
compar sit laudatio. Amen.

*Panem de cælo prestitisti eis.*
Omne delectamentum in se habentem.

**Oremus**
Deus, qui nobis sub sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquísti,
tríbue, quæsumus, ita nos córporis et sánguinis tui sacra mystèria venerári,
ut redemptiónis tuæ fructum in nobis iúgiter sentiámus.
Qui vivis et Regnas in sæcula sæculorum. **Amen.**

**… Benedictio Eucharistica …**

Dio sia benedetto.
Benedetto il Suo Santo Nome.
Benedetto Gesù Cristo, vero Dio e vero Uomo.
Benedetto il Nome di Gesù.
Benedetto il Suo Sacratissimo Cuore.
Benedetto il Suo preziosissimo Sangue.
Benedetto Gesù nel SS.mo Sacramento dell'altare.
Benedetto lo Spirito Santo Paráclito.
Benedetta la gran Madre di Dio, Maria Santissima.
Benedetta la sua santa ed Immacolata Concezione.
Benedetta la sua gloriosa Assunzione.
Benedetto il Nome di Maria, Vergine e Madre.
Benedetto il Cuore Immacolato di Maria.
Benedetto S. Giuseppe, suo castissimo sposo.
Benedetto Dio nei suoi Angeli e nei suoi Santi.

**… Canto di reposizione , pag. 98 …**
*Angelus, pag. 2*
**Inno "Immacolato Cuore di Maria", pag. 7**




# ORDO MISSÆ CUM POPULO

In nómine Patris, et Fílii et Spíritus Sancti.
**Amen.**
Pax vobís.
**Et cum spíritu tuo.**

Fratres, agnoscámus peccáta nostra,
ut apti simus ad sacra mystéria celebránda.

*Fit brevis pausa silentii. Postea omnes simul faciunt confessionem:*

**Confíteor Deo omnipoténti et vobis,
fratres, quia peccávi nimis
cogitatióne, verbo,
ópere et omissióne:
mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa.
Ideo precor beátam Maríam semper
Vírginem, omnes Angelos et Sanctos,
et vos, fratres, oráre pro me
ad Dóminum Deum nostrum.**

Misereátur nostri omnípotens Deus
et, dimíssis peccátis nostris,
perdúcat nos ad vitam ætérnam. **Amen.**

**Kyrie - Gloria “de Angelis”**pag. 82

**Kyrie - Gloria “Lourdes”**pag. 87

# LITURGIA VERBI

Parola di Dio.
**Rendiamo grazie a Dio.**

Il Signore sia con voi.
**E con il tuo spirito.**
Dal Vangelo secondo …
**Gloria a Te, o Signore.**

*Dominus vobiscum.*
**Et cum spiritu tuo.**
*Lectio Evangelii secundum...*
**Gloria tibi Domine.**

Parola del Signore.
**Lode a Te, o Cristo.**

*Verbum Domini.*
**Laus Tibi, Christe.**

# LITURGIA EUCHARISTICA

Oráte, fratres: ut meum ac vestrum sacrifícium acceptábile fiat apud Deum Patrem omnipoténtem.

**Suscípiat Dóminus sacrifícium de mánibus tuis ad laudem et glóriam nóminis sui, ad utilitátem quoque nostram totiúsque Ecclèsiæ suæ sanctæ.**

V) Dóminus vobíscum
**R) Et cum spíritu tuo.**

V) Sursum corda.
**R) Habémus ad Dóminum.**

V) Grátias agámus Dómino Deo nostro.
**R) Dignum et iustum est.**

# PREX EUCHARISTICA II

**CP** Vere Sanctus es, Dómine, fons omnis sanctitátis.
**CC** Hæc ergo dona, quæsumus,
Spiritus tui rore sanctífica,
ut nobis Corpus  et Sanguis fiant
Dómini nostri Iesu Christi.
Qui cum Passióni voluntárie traderétur,
accépit panem et grátias agens fregit,
dedítque discípulis suis, dicens:

**Accípite et manducáte ex hoc omnes:**
**hoc est enim Corpus meum,**
**quod pro vobis tradètur.**

Símili modo, postquam cenátum est,
accípiens et cálicem,
ìterum tibi grátias agens
dedit discípulis suis, dicens:

**Accípite et bíbite ex eo omnes:**
**hic est enim calix Sánguinis mei**
**novi et æterni testaménti,**
**qui pro vobis et pro multis effundétur**
**in remissiónem peccatórum.**
**Hoc fácite in meam commemoratiónem.**



**CC** Mèmores igitur mortis et resurrectiónis eius,
tibi Dómine, panem vitæ
et cálicem salútis offèrimus,
grátias agèntes quia nos dignos habuisti astáre
coram te et tibi ministráre.
Et súpplices deprecámur
ut Córporis et Sánguinis Christi partícipes,
a Spiritu Sancto congregémur in unum.

**1 C** Recordáre, Dómine,
Ecclésiæ tuæ toto orbe diffúsæ,
ut eam in caritáte perfícias
una cum Papa nostro Francisco,
et Epíscopo nostro *N.* et univérso clero.

**2 C** Meménto etiam fratrum nostrórum,
qui in spe resurrectiónis dormiérunt,
omniúmque in tua miseratióne defunctórum,
et eos in lumen vultus tui admitte.
Omnium nostrum, quæsumus, miserére,
ut cum beáta Dei Genetríce Vírgine María,
beato Ioseph, eius Sponso,
beátis Apóstolis et ómnibus Sanctis,
qui tibi a sæculo placuérunt,
ætérnæ vitæ mereámur esse consórtes,
et te laudémus et glorificémus
per Fílium tuum Iesum Christum.

**CP** Per Ipsum, et cum Ipso, et in Ipso,
**CC** est tibi Deo Patri omnipoténti,
in unitáte Spíritus Sancti,
omnis honor et glória
per ómnia sæcula sæculórum.

**T** **Amen.**

## RITUS COMMUNIONIS

Præcéptis salutáribus móniti,
et divína institutióne formáti, audémus dícere;

**Pater noster, qui es in cælis:**
**santificétur Nomen Tuum;**
**advéniat regnum Tuum,**
**fiat volúntas Tua, sicut in cælo et in terra.**
**Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie;**
**et dimítte nobis débita nostra,**
**sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris;**
**et ne nos indúcas in tentatiónem;**
**sed líbera nos a malo.**

Libera nos, quæsumus, Dómine, ab ómnibus malis,
da propítius pacem in diébus nostris,
ut, ope misericórdiæ tuæ adiúti,
et a peccáto simus semper líberi
et ab omni perturbatióne secúri:
exspectántes beátam spem
et advèntum Salvatóris nostri Iesu Christi.
**T. Quia tuum est regnum, et potéstas,**
**et glória in sæcula.**

Dómine Iesu Christe, qui dixísti Apóstolis tuis:
Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis:
ne respícias peccáta nostra, sed fidem Ecclésiæ tuæ:
eámque secúndum voluntátem tuam
pacificáre et coadunáre dignéris.
Qui vivis et regnas in sǽcula sæculórum.
**T. Amen.**

Pax Domini sit semper vobiscum.
**T. Et cum spiritu tuo.**

*Offerte vobis pacem.*

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi.
Beáti qui ad cenam Agni vocáti sunt.

**Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo et sanábitur ánima mea.**

......... ......... .........

## BENEDICTIO FINALIS

Sit Nomen Domini benedictum.
**Ex hoc nunc et usque in sæcula.**

Adjutorium nostrum in Nomine Domini
**Qui fecit coelum et terram**

Benedicat vos Omnipotens Deus:
Pater + et Filius + et Spiritus Sanctus +.
**Amen.**

*Ite Missa est.*
**Deo gratias.**

......... ......... .........

**Oratio "Sancte Michael Archangele", pag. 1**

**Angelus, pag. 2**



# MISSA “de Angelis”




Qui sédes ad déxteram Pá-tris, mi-seré-re nó-bis. Quóni- am
tu só-lus sánctus. Tu só-lus Dómi-nus. Tu só-lus Altíssi-
mus, Jé-su Chrí-ste. Cum Sáncto Spí-ri-tu, in gló-ri- a
Dé- i Pá- tris. A- men.

# SANCTUS


(XI) XII. c.
6.
SAn- ctus, * Sánctus, Sán- ctus Dó- mi- nus
Dé- us Sá- ba- oth. Pléni sunt caé- li et tér-
ra gló- ri- a tú- a. Hosánna in excél- sis. Bene-
dí- ctus qui vé- nit in nómine Dómi-ni. Ho-sán-
na in excél- sis.

# AGNUS DEI




# Agnus Dei XVIII



# Credo III


XVII. c.
5.
CRédo in únum Dé- um, Pátrem omnipoténtem,
factó-rem caéli et térrae, vi-sibí-li-um ómni- um, et
invi-sibí- li-um. Et in únum Dóminum Jé-sum Chrí-
stum, Fí-li-um Dé-i unigéni-tum. Et ex Pátre ná- tum
ante ómni-a saé-cu-la. Dé-um de Dé-o, lúmen de lú-
mine, Dé-um vérum de Dé-o vé-ro. Géni-tum, non fá-
ctum, consubstanti-á-lem Pátri : per quem ómni- a fácta
sunt. Qui propter nos hómines, et propter nóstram sa-lú-
tem descéndit de caé-lis. Et incarnátus est de Spí-ri-tu
Sáncto ex Ma-rí-a Vírgine : Et hómo fáctus est. Cru-
cí- fí- xus ét-i-am pro nóbis : sub Pónti-o Pi-láto pás-


sus, et se-púl-tus est. Et resurréxit térti- a dí-e, secún-
dum Scriptú-ras. Et ascéndit in caé-lum : sédet ad déxte-
ram Pá-tris. Et í-terum ventúrus est cum gló-ri-a, ju-
di-cáre vívos et mórtu-os : cújus régni non é-rit fí-nis. Et
in Spí-ri-tum Sánctum, Dóminum, et vivi-fi-cántem : qui
ex Pátre Fi-li-óque pro-cédit. Qui cum Pátre et Fí-
li-o simul adorá-tur, et conglo-ri-ficátur : qui locútus
est per Prophé-tas. Et únam sánctam cathó-li-cam et
apostó-licam Ecclési-am. Confí-te-or únum baptísma
in remissi-ónem peccató-rum. Et exspécto resurrecti-ó-
nem mortu-órum. Et ví-tam ventú-ri saécu-li. A-
men.

# MISSA "Lourdes"

## KYRIE




## GLORIA




## SANCTUS



# ALLELUIA




# ALLELUIA "IRLANDESE"



# LAUDA SION – Christus vincit




2. Ecce Panis Angelorum,
Factus cibus viatorum:
Non mittendus cánibus.
Sit laus plena, sit sonora,
Sit jucunda, sit decora
Mentis jubilátio.

Rit.: *Christus vincit!...*

3. Bone Pastor, Panis vere,
Tu nos bona fac videre
In terra vivéntium.
Sit laus plena, sit sonora,
Sit jucunda, sit decora
Mentis jubilátio.

Rit.: *Christus vincit!...*

# INNO del GIUBILEO

Rit. **Gloria a Te, Cristo Gesù,**
**oggi e sempre Tu regnerai!**
**Gloria a Te! Presto verrai:**
**sei speranza solo Tu!**

Sia lode a Te, Cuore di Dio,
con il tuo Sangue lavi ogni colpa :
torna a sperare l'uomo che muore.
Solo in Te pace e unità.
Amen! Alleluja!

Sia lode a Te ! Vita del mondo,
umile Servo fino alla morte,
doni alla storia nuovo futuro.
Solo in te pace e unità.
Amen! Alleluja!

Sia lode a Te, Verbo del Padre,
Figlio dell'Uomo nato a Betlemme,
Ti riconoscono Magi e pastori.
Solo in te pace e unità.
Amen! Alleluja!

Sia lode a Te, Pietra angolare,
seme nascosto, luce nel buio:
in nessun altro il mondo si salva.
Solo in Te pace e unità.
Amen! Alleluja!

Sia lode a Te, Grande Pastore,
guidi il tuo gregge alle sorgenti
e lo ristori con l'acqua viva.
Solo in te pace e unità.
Amen! Alleluja!

Sia lode a Te, Vero Maestro,
chi segue Te accoglie la croce,
nel tuo Vangelo muove i suoi passi.
Solo in te pace e unità.
Amen! Alleluja!

Sia lode a te ! Pane di vita,
Cibo immortale sceso dal cielo,
sazi la fame d'ogni credente.
Solo in te pace e unità.
Amen! Alleluja!

Sia lode a Te ! Figlio diletto,
dolce presenza nella tua Chiesa :
tu ami l'uomo come un fratello.
Solo in te pace e unità.
Amen! Alleluja!

Sia lode a te ! Dio crocifisso,
stendi le braccia, apri il tuo cuore:
quelli che piangono sono beati.
Solo in te pace e unità.
Amen! Alleluja!

Sia lode a te ! La Benedetta
Vergine Madre prega per noi:
tu l'esaudisci, tu la coroni.
Solo in te pace e unità.
Amen! Alleluja!

Sia lode a te ! Tutta la Chiesa
celebra il Padre con la tua voce
e nello Spirito canta di gioia.
Solo in te pace e unità.
Amen! Alleluja!

## LODE A GESÙ SACERDOTE

**Rit. Gloria a Cristo sacerdote,**
**grazie a Cristo Redentore!**
**Salga a Lui perenne lode,**
**salga il canto dell’amore**

Sei presente nel Ministro
che trasformi in altro Cristo;
Tu lo scegli in mezzo a noi
per salvare i figli tuoi.

Egli dona la Parola
che ci illumina e consola.
La tua grazia egli ci dona
e in tuo Nome ci perdona.

All’altare il pane e il vino
Egli fa Cibo divino.
È per lui che sei presente
tra di noi, o Dio vivente.

Dagli albori della vita
egli è a noi pastore e guida.
Con amor sempre paterno
ci conduce al regno eterno.

La Regina dell’amore
i ministri del Signore
nel Suo Cuor li tiene stretti
come figli prediletti.

A Lei Dio li die’ per figli
che li curi e li consigli
perché tutto il loro cuore
sia possesso del Signore.

## SANTA CHIESA DI DIO

1. Santa Chiesa di Dio, che cammini nel tempo,
il Signore ti guida, egli è sempre con te.

Rit. **Cristo vive nel cielo nella gloria dei santi;**
**Cristo vive nell'uomo e cammina con noi**
**per le strade del mondo verso l'eternitá.**

2. Nella casa del Padre, inondata di gioia,
celebriamo la Pasqua del suo Figlio Gesù.

# SPIRITUS DOMINI




**PSALMUS 110**

1 Confitebor tibi, Domine in toto corde meo *
in consilio justorum et congregatione
2 Magna opera Domini *
exquisita in omnes voluntates eius
3 Confessio et magnificentia opus eius *
et justitia eius manet in sæculum sæculi
4 Memoriam fecit mirabilium suorum +
misericors et miserator Domnus *
escam dedit timentibus se.
5 Memor erit in sæculum testamenti sui *
virtutem operum suorum annuntiabit populo suo
6 Ut det illi hæreditatem gentium *
opera manuum eius veritas et judicium
7 Fidelia omnia mandata eius +
confirmata in sæculum sæculi *
facta in veritate et æquitate
8 Redemptionem misit populo suo *
mandavit in æternum testamentum suum.
9 Sanctum et terribile nomen eius *
initium sapientiæ timor Domini.
10 Intellectus bonus omnibus facientibus eum *
laudatio eius manet in sæculum sæculi.

## PSALMUS 112

1 Laudate pueri Dominum *
laudate nomen Domini
2 Sit nomen Domini benedictum *
ex hoc nunc et usque in sæculum
3 A solis ortu usque ad occasum *
laudabile nomen Domini
4 Excelsus super omnes gentes Dominus *
et super cælos gloria eius.
5 Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis abitat *
et umilia respicit in cælo et in terra?
6 Suscitans a terra inopem *
et de stercore erigens pauperem
7 Ut collocet eum cum principibus *
cum principibus populi sui
8 Qui abitare facit sterilem in domo *
matrem filiorum lætantem.

## PSALMUS 121

1 Lætátus sum in eo quod dixèrunt mihi: *
"In domum Dómini íbimus".
2 Stantes iam sunt pedes nostri *
in portis tuis, Ierúsalem.
3 Ierúsalem, quæ ædificáta est ut civitas *
sibi compácta in idípsum.
4 Illuc enim ascendèrunt tribus, tribus Dómini, *
testimónium Israel, ad confitèndum nómini Dómini.
5 Quia illic sedèrunt sedes ad iudícium, *
sedes domus David.
6 Rogáte quæ ad pacem sunt Ierúsalem, *
secúri sint diligèntes te.
7 Fiat pax in muris tuis, *
et secúritas in túrribus tuis.
8 Propter fratres meos et próximos meos *
loquar: “Pax in te!”
9 Propter domum Dómini Dei nostri *
exquíram bona tibi.

# JESU DULCIS MEMORIA

**1.** Jesu dulcis memoria,
Dans vera cordis gaudia:
Sed super mel et omnia.
Ejus dulcis præsentia.

**2.** Nil canitur suavius,
Nil auditur jucundius,
Nil cogitatur dulcius,
Quam Jesus Dei Filius.

**3.** Jesu, spes pænitentibus,
Quam pius es petentibus!
Quam bonus te quærentibus!
Sed quid invenientibus.

**4.** Nec lingua valet dicere,
Nec litera exprimere:
Expertus potest credere,
Quid sit Jesum diligere.

**5.** Sis Jesu, nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium:
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula. **Amen.**

# SPIRITO DI DIO SCENDI SU DI NOI



## PARCE DOMINE

Rit. **Parce, Domine; parce populo tuo.**
**Ne in æternum irascaris nobis.**

1. Miserere mei Deus *
secundum magnam misericordiam tuam.
2. Et secundum multitudinem miserationum tuarum *
dele iniquitatem meam **Rit.**

3. Amplius lava me ab iniquitate mea *
et a peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meam ego cognosco*
Et peccatum meum contra me est semper.
4 Asperge me issopo et mundabor *
lavabis me et super nivem dealbabor. **Rit.**

## ATTENDE DOMINE

Rit. **Attende Domine et miserere, quia peccavimus Tibi.**

1. Ad Te, Rex summe et omnium Redemptor,
osculos nostros sublevamus flentes.
Exaudi, Christe, supplicantum preces. **Rit.**

2. Dextera Patris, lapis angularis;
Via salutis, janua coelestis.
Ablue nostri macula delicti. **Rit.**

# UBI CARITAS


VI
U - bi cá-ri- tas et a-mor, De- us i-bi est.
1. Congre-gá-vit nos in u-num Christi amor. Exsultémus,
et in ipso jucundémur. Time- ámus, et amé-mus De- um
vi-vum. Et ex corde di- li-gámus nos sin-cé- ro. ℟. Ubi cáritas.
2. Simul ergo cum in u-num congre-gámur: Ne nos mente
di-vi-dámur cave- ámus. Cessent júrgi- a ma-lígna, cessent
li-tes. Et in mé-di- o nostri sit Christus De- us.
℟. Ubi cáritas.


3. Simul quoque cum be- á- tis vi-de- ámus Glo-ri- án-
ter vultum tu- um, Christe De- us: Gáudi- um, quod est
imménsum, atque probum, Sǽcu-la per infi-ní- ta sæcu-
ló- rum. A-men.

## AVE VERUM


A - ve vérum * Córpus ná-tum de Ma-rí-a Vírgine :
Ve-re pássum, immo-lá-tum in crúce pro hómine : Cú-jus
lá-tus perfo-rá-tum flúxit áqua et sánguine : Esto nó-
bis praegustá-tum mórtis in exámine. O Jé-su dúl-
cis! O Jé-su pí- e! O Jé- su fí-li Ma-rí- ae.

# LAUDA JERUSALEM




# BENEDICTUS QUI VENIT



# ADORO TE DEVOTE




Visus, tactus, gustus, in te fállitur,
Sed audítu solo tuto créditur:
Credo quidquid díxit Dei Fílius;
Nil hoc verbo veritátis vérius.

In cruce latébat sola Déitas,
At hic látet simul et humánitas:
Ambo támen crédens átque cónfitens,
Peto quod petívit latro pœnitens.

Plagas, sicut Thomas, non intúeor,
Deum támen meum te confíteor.
Fac me tibi sémper mágis crédere,
In te spem habére, te dilígere.

O memoriále mortis Dómini,
Panis vivus, vitam præstans hómini,
Præsta meæ menti de te vívere,
Et te illi semper dulce sápere.

Pie pellicáne, Jesu Dómine,
Me immúndum munda tuo sánguine,
Cujus una stilla salvum fácere,
Totum mundum quit ab ómni scélere.

Jesu, quem velátum nunc aspício,
Oro fíat illud, quod tam sítio:
Ut, te reveláta cernens fácie,
Visu sim beátus tuæ glóriæ. Amen.

# TE DEUM


3.
Te De- um lau- dá- mus: *te Dó- mi- num
con- fi- té-mur. Te æ- tér-num Pa- trem om-nis
ter-ra ve- ne- rá-tur. Ti- bi om- nes An- ge- li,
ti- bi Cæ- li et u- ni- vér- sæ Po-te- stá-tes. Ti-bi
Ché-ru-bim et Sé- ra-phim in-ces- sá- bi- li vo- ce
pro- clá- mant: San- ctus, San- ctus,
San- ctus Dó-mi-nus De- us Sá-ba- oth. Ple- ni
sunt cæ- li et ter- ra ma-je-stá- tis gló- ri- æ tu- æ.
Te glo-ri- ó- sus, A-po- sto- ló- rum cho-rus. Te Pro-


phe-tá- rum lau-dá-bi- lis nú-me-rus. Te Már-ty-rum
can-di-dá- tus lau-dat e-xér- ci-tus. Te per or-bem
ter-rá- rum san- cta con- fi-té- tur Ec-clé- si- a.
Pa- trem im-mén-sæ ma- je-stá-tis. Ve-ne-
rán-dum tu- um ve- rum et ú-ni- cum Fí- li- um.
San- ctum quo-que Pa- rá- cli- tum Spi- ri- tum.
Tu Rex gló-ri- æ, Chri-ste. Tu Pa- tris sem-pi-
tér- nus es Fí- li- us Tu ad li- be-rán-dum sus-
ce-ptú-rus hó- mi-nem, non hor-ru- í-sti Vír-gi-nis
ú- te-rum Tu de-ví-cto mor-tis a- cú- le-o,


a- pe- ru- í- sti cre- dén- ti-bus re-gna cæ- ló-rum.
Tu ad déx- te-ram De- i se- des, in gló- ri- a
Pa-tris. Ju- dex cré- de- ris es- se ven- tú-rus. Te
er-go quæ- su- mus, tu- is fá- mu- lis súb- ve-ni, quos
pre- ti- ó- so sán- gui- ne re- de-mí- sti. Æ- tér-
na fac cum San-ctis tu- is in gló- ri- a nu-
me- rá- ri. Sal- vum fac pó-pu- lum tu- um Dó-
mi- ne, et bé- ne- dic he- re- di- tá- ti
tu- æ. Et re- ge e- os, et ex- tól- le
il- los us-que in æ- tér- num. Per sín-gu- los
di- es, be-ne- dí- ci- mus te. Et lau- dá-


mus no-men tu- um in sæ- cu-lum, et in sæ- cu-
lum sæ- cu- li. Di-gná- re Dó- mi- ne di- e
i- sto si- ne pec- cá- to nos cu- sto- dí- re.
Mi- se- ré- re no-stri, Dó- mi- ne, mi- se- ré- re
no-stri. Fi- at mi- se- ri- cór- di- a tu- a Dó-
mi- ne su- per nos, quem- ád-mo- dum spe- rá- vi-
mus in te. In te Dó- mi- ne spe- rá- vi:
non con- fún-dar in æ- tér- num.

# PANGE LINGUA - TANTUM ERGO




cit : Fítque sánguis Chrísti mérum, Et si sénsus dé-ficit,
Ad firmándum cor sincé-rum Só-la fídes súf-fi-cit.* 5. Tán-
tum ergo Sacraméntum Vene-rémur cérnu- i : Et antí-
quum documéntum Nóvo cédat rí-tu- i : Praéstet fídes sup-
pleméntum Sénsu-um de- féctu- i. 6. Geni-tó-ri, Geni-tóque
Laus et jubi-lá-ti- o, Sá-lus, hónor, vírtus quoque Sit et
benedícti- o : Procedénti ab utróque Cómpar sit laudá-
ti- o. Amen.

# AVE MARIS STELLA




5. Vírgo singulá-ris, Inter ómnes mí- tis,
Nos cúlpis so-lú-tos, Mí-tes fac et cástos.
6. Ví-tam praésta púram, I-ter pára tú- tum :
Ut vidéntes Jésum, Semper collæ-témur.
7. Sit laus Dé-o Patri, Súmmo Chrísto dé-cus,
Spi-rí-tu- i Sáncto, Tríbus hónor únus. Amen.

## NOME DOLCISSIMO

1. Nome dolcissimo,
nome d’amore,
tu sei rifugio
al peccatore.
Tra i cori angelici è l’armonia:

Rit. **Ave Maria, Ave Maria.**

2. Dal ciel benigna
riguarda a noi,
materna mostrati
ai figli tuoi,
ascolta, o Vergine, la prece pia:

## IMMACOLATA, VERGINE BELLA

1. Immacolata, Vergine bella,
di nostra vita Tu sei la stella;
fra le tempeste deh! guida il cuore
di chi T'invoca Madre d'amore.

Rit. **Siam peccatori ma figli tuoi;**
**Immacolata, prega per noi. (bis)**

2. Tu che del Cielo sei la Regina
a noi pietosa lo sguardo inchina;
ascolta, o Madre, il nostro pianto,
a noi sorridi dal Regno santo.

# AVE MARIA DI FATIMA
# (IL TREDICI MAGGIO)

Il tredici maggio apparve Maria
a tre pastorelli in Cova d'Iria.

**Ave ave ave Maria,**
**ave ave ave Maria.**

Splendente di luce veniva Maria
il volto suo bello un sole apparia.

Dal cielo è discesa a chieder preghiera
pei gran peccatori, con fede sincera.

In mano portava un rosario Maria,
che addita ai fedeli del cielo la via.

Un inno di lode s'innalza a Maria
che a Fatima un giorno raggiante apparia.

O Madre pietosa la Stella sei tu,
che al cielo ci guidi, ci guidi a Gesù.

# INDEX


Die 26 junii Immaculati Cordis feria ............................ 12
Die 27 junii SS.mi Corporis et Sanguinis Christi .......... 22
Die 28 junii De Spiritu Sancto feria ............................ 33
Die 29 junii Sancti Petrus et Paulus apostolic ............. 43
Die 30 junii In festo SS.mi Cordis Jesu ........................ 54
Die 1 julii Immaculati Cordis feria ............................ 64

**Ad invitatorium** (Psalmus 94) ............................................ 8

**Ad laudes matutinas** (Ps. et cant. de dominica hebd. I) ............... 9

**Ad completorium** ........................................................ 68

**Ordo Missæ** ............................................................ 78
Alleluja - Canto al Vangelo ............................................ 90
Agnus Dei XVIII ........................................................ 86
Credo III ................................................................ 87
Missa “De Angelis ....................................................... 84
Missa “Lourdes ........................................................... 89
Adorazione eucaristica .................................................. 76


**CANTI**


Adoro te devote ........................................................ 101
Alma Redemptoris Mater.................................................. 4
Attende Domine ......................................................... 97
Ave Maria di Fatima (Il tredici maggio) ............................... 111
Ave Maris Stella ....................................................... 108
Ave Regina cælorum ..................................................... 5
Ave verum Corpus ....................................................... 97
Benedictus qui venit.................................................... 98
Christus vincit ......................................................... 76
Immacolata Vergine bella ............................................... 110
Immacolato Cuor di Maria (Inno del MSM)................................ 7

Inno del Giubileo ........................................................................ 92
Jesu dulcis memoria. ....................................................................... 96
Lauda Jerusalem ........................................................................ 100
Lauda Sion Salvatorem - Christus vincit.................... ........ 91
Lode a Gesù Sacerdote ................................................................ 93
Nome dolcissimo...... ................................................................. 110
Oremus pro Pontifice ..................................................................... 4
Pange lingua ........... ................................................................. 106
Parce Domine . ............................................................................. 97
Regina cæli...... ............................................................................... 5
Santa Chiesa di Dio ...................................................................... 93
Salve Regina ... ............................................................................. 71
Spiritus Domini ........................................................................... 94
Spirito di Dio ... ............................................................................ 96
Tantum ergo ... ............................................................................. 77
Te Deum ......... .......................................................................... 102
Totus tuus ...... ................................................................................. 7
Ubi caritas ...... .............................................................................. 98
Veni Creator Spiritus ................................................................... 72
Veni Sancte Spiritus ..................................................................... 74

**ORATIONES**

Angelus ........... ............................................................................. 2
Angele Dei ...... ............................................................................... 2
Ave Maria ....... ............................................................................... 3
Dio sia benedetto.......................................................................... 77
Gesù nostro Dio ................................................................................ 3
Gloria al Padre - Gloria Patri .......................................................... 3
Padre nostro - Pater noster .............................................................. 3
Requiem Æternam .......................................................................... 2
Sancte Michael Archangele.............................................................. 1
Vieni, Spirito Santo .......................................................................... 3

Consacrazione al Cuore Immacolato di Maria...................... 6

# CALENDARIO
# DELLE
# CELEBRAZIONI LITURGICHE

LUNEDÌ 26 GIUGNO
Cuore Immacolato di Maria

MARTEDÌ 27 GIUGNO
Gesù Sommo ed Eterno Sacerdote

MERCOLEDÌ 28 GIUGNO
Spirito Santo

GIOVEDÌ 29 GIUGNO
Santi Pietro e Paolo

VENERDÌ 30 GIUGNO
Sacro Cuore di Gesù

SABATO 1° LUGLIO
Cuore Immacolato di Maria



Francesco

MISERANDO ATQUE ELIGENDO